

nos pertinet, illud potissimum censuimus, post coactam illam Bracarensem synodum, nullam in posterum in sequentibus conciliorum Actis Romanorumque pontificum decretis Priscillianistarum hæreses occursero mentionem. An vero tum sacrorum presulnum pietate, et catholicorum principum potentia, qui Hispanis et Gallicis cooperant dominari, nefaria illa propagines ad exitium perductas fuerint; an vero sub simulato alio nomine, Manicheorum videlicet, Gnosticorum, Montanistarumque latebras ibi sibi quesierint, affirmare haud ausim. Nec enim optimæ

A critics regulas violare æquum est; a quibus sane eos recedere arbitramur, qui, nimium suis studiis indulgentes, sine ullo monumentorum subsidio, solis variis futilibusque conjecturis insistentes, aut veritatem ipsam falsis quibusdam coloribus caligine similis obruent, aut falsas rerum species fictis describunt lineamentis, ut incautos lectorum animos et iudicia decipient atque pervertant. Ab hac enim agendi ratione nos semper abhorruisse, cum hac, tum alia nostræ dissertationes cumulate datefacient.

DE PELAGIANA HÆRESI,

S. LEONIS MAGNI ÆVO GLISCENTE,

LIBER UNICUS.

284 CAPUT PRIMUM.

De Juliano Eclani episcopo, ejusque agendi ratione, at Pelagianam hæresim latissimam vulgus spargeret.

1. Inter Cœlestii discipulos principem locum tenuisse Julianum Eclani episcopum, jam ex ecclesiasticis monumentis et imperialium decretorum legibus omnibus exploratum est. Is ergo, quamdiu S. Innocentius papa primus vixit (a quo episcopatus ordinem obtinuerat), variis simulationum artibus nefariorum illius hæresecos virus obvolvere studuit; atque sub pietatis et charitatis velo erga egenos totam animi impietatem obtendere conabatur. Immo, si Mario Mercatori fidem adhibemus, idem Julianus, ut sancto pontifici Innocentio pergratam rem faceret, exterioris, absque ulla prorsus simulatione et verborum involucre, Pelagium et Cœlestium tamquam catholicæ fidei desertores palam damnare non detrectavit. Prædicti sane Cœlestius et Pelagius non tunc primo a sanctæ memoria Zosimo videntur esse damnati, sed ab ejus decessore sanctæ recordationis Innocentio, a quo et Julianus fuerat ordinatus; quippe post öllorum damnationem, usque ad prædicti Innocentii excessum et vita, in ejus communione permanens et perseverans in sincera sententia, et communicans damnatori predicto, cum ipso quoque sine dubio Pelagium Cœlestiumque damnavit. Utinam ergo Innocentius diu in vivis stetisset, aut Julianus ante illius decessum mortem obiisset! Non enim tantas calamitates Ecclesia perpessa fuisset, nec tot olim sanctissimi Campanie et Italie episcopi, Juliano duce et antesignano, catholicæ fidei puritatem maculassent; non denique tot tantaque scripta blasphemias aspersa impietatisbusque referta ultra citroque transmissa fuisserint, quemadmodum Eclanensis episcopi impetu et furore contigisse exploratissimum est. Quid vero fecerit, quidve Julianus, mortuo Innocentio, moliri tentaverit, certe et plenissime ecclesiasticis monumentis edocemur. Siquidem tunc non valens amplius odium in apostolicam doctrinam cohibere, quasi irarum impotens factus, palam in iis populum edocebat quo jam a Cœlestio didicerat; sanctissimos et aliquin doctissimos catholicæ Ecclesiae episcopos carpere et vellicare non verehatur; Augustino 285 cæterisque Africæ Patribus diras imprecabantur, atque in dies deterior factus, contempta prius auctoritate, doctrina et admonitionibus sancti Zosimi papæ, pluriños in malam fidem adduxit. Tum tandem rejecta ejusdem summi pontificis dogmatica epistola (quam tractatorum appellant, quamque universi catholicæ societatis episcopi summa animi veneratione, tamquam fidei regulam, suscepserant), ipse impudenterissime eidem una cum aliis episcopis subscribere recusavit.

PATROL. LV.

B 2. Tantarum tamen improbitatum poenas diu luere non distulit. Etenim e sacerdotiū primum gradu dejectus, tum sua episcopali sede spoliatus, ac postremo imperiali sanctione ab omnibus Italie oris proscriptus, apud Orientales se exsulem recepit, spe omni denique frustratus posse aliquando, aut proprium, aut alium quempiam episcopalem consendere thronum. Contra vero alii ex episcopis quos improbitatis sibi socios asciverat, maxime poenarum vim, magnitudinem et ignominiam reformidantes, secum reputarunt nimis turpe fore apostolicæ sedis judiciis non obtemperare; idcirco, Juliano derelicto, damnatisque Pelagio atque Cœlestio, supplices apostolicæ sedi libellos exhibuerunt, a qua clementer suscepti, propriis sedibus restituti sunt. Alii vero qui pertinaci animo imperiales et ecclesiasticas poenas subire non verebantur, perpetuo depositi aliquo exaucorati, extra omnes Italie fines compulsi fuerunt. Rem totam hisce fere verbis Marius Mercator laudato loco exposuit: *Cui (Zosimi epistole videlicet) Julianus et reliqui complices ejus subscribere detrectantes, consentaneoque se nolentes iisdem Patribus facere, non solum imperialibus legibus, sed et sacerdotalibus statutis depositi atque exaucorati, ex omni Italia deturbati sunt, ex quibus plurimi resipescunt, et a prædicto errore correcti, regressi sunt supplices ad apostolicam sedem, et suscepili suas Ecclesias receperunt.*

C 3. Haec porro sanctissimi pontificis Zosimi gesta ex Mario Mercatore recensentibus, amplissimus nobis aperiretur campus evertendi omnia mendacia atque calumnias quibus referta est *dissertatio 13 de Conciliis Africanis*, quam in apostolicæ sedis odium Paschalias Quesnellus conscripsit. In ea quippe omnia susquedeque perturbans, et vertens licenter sanctum pontificem Zosimum carpit, atque eum de nimia cum Pelagianis conniventia culpans, vehementer exagitat: Romanae Ecclesiae clericos quoque tamquam Pelagiana tintios fuligine describit; provincialium in Africa conciliorum auctoritatem ultra debitos et a divinis legibus præscriptos limites extendit; ipsius denique apostolicæ sedis jurisdictionem dignitatemque, quam Africani Patres tunc summa cum religione prosequabantur, non tantum elevare, sed etiam decidere conatus est. Sed hisce imposturis quid? Suis dumtaxat asseclis audacter imponere potuit, non nobis, qui ex Prospero in Augustini Vita optime novimus Africanos Patres, ab apostolicæ sedis iudicio tunc vel maxime pendentes, numquam in plenaria synodo convenire voluisse, nisi posteaquam Zosimi papæ decretum ad eos pervenit. Cui deinde decretum bis centum aique duodecim Patres, ut in omnibus suffragarentur, octo canones ediderunt, qui perperam Milevitana secundæ synodo attribuuntur. Sed Mile-

ritana ista, ait doctissimus Petavius (*a*), contra Pelagianos nihil statuit, et ex illis octo canonibus, tertius, quartus et quintus a Cœlestino papa (*b*) sub Carthaginensis concilii nomine citantur. Hæc vero silentio premere maleamus quam in medium proferre, cum hanc in animo in præsens habeamus singularis lauda: dissertationis mendacis et fraudibus occurriere, eademque refutare: potissimum cum ad ea rejicienda quisque uberrimam habeat rerum copiam, jam pridem ab eminentissimo cardinali Norisio paratam **286** in libris de Pelagianorum Historia. Cujus nos etiam subsidiis insistentes, ea dumtaxat delibanda duximus quæ ad hujus exortæ hæresis tempus, quæ ad illius auctores et antesignanos, quæque tandem ad nonnullorum Romanorum pontificum gesta pertinere videntur; ut, videlicet, brevissima quadam præmissa rerum historia, faciliorem paramus viam ad ea quæ de sancto pontifice Leone mox exponere agredimur. Cætera autem, quæ Africæ conciliorum causam attingunt, et apostolicam sedem ab omni labe vindicant, alibi expedienda reservavimus.

CAPUT II.

Sancti Leonis Magni studium in Juliano et Pelagianis evertendis Campaniam populantibus.

1. Ad prepositum itaque ut revertiamur, nemo sibi persuadeat, aut Julianum cum suis impietatis sociis ita pacifice exsiliui aliasque poenæ subiisse, ut Cœlestino papæ atque Xysto hujus successori ifucum facere non tentaverit, ut absolveretur. Nemo quoque arbitretur Urbem, Campaniam, aliasque Italiam regiones, post Juliani cæterorumque episcoporum exturbationem, penitus a Pelagianorum lue liberas inanuisse. Julianus imprimis, comparato sibi Nestorii Constantinepolitani episcopi præsidio, suam et sociorum causam dolo atque fraudibus apud sanctum Cœlestium agere tentavit, apud quem, ut sibi et exturbatis sociis episcopales restituenterent sedes, quam sapissime institui. Interim quoque Pelagiani, hinc atque illinc per Italiam sparsi succrescentes, spe fovebantur, quandoque proprios sibi reddendos esse pastores, ac præterea, non a querimoniosis, non a tumultu, non a maledictis desistebant. Quare, vix mortuo Cœlestino, et in ejus sedem Xysto suffecto, hujus fidem et apostolicum vigorem Julianus tentare ausus est, cum, ad eum datis supplicibus libellis, catholicam fidem proliteri simulabat, ut pristinum episcopatus honorem et munera pontifex ei restitueret. Rem narrat Prosper Aquitanus in Chronico, addens præterea Julianum non ab alio fuisse elusum quam a sancto Leone tunc Romanæ Ecclesiæ archidiacono, qui omnium virium suarum contentione apud sanctum pontificem egit ut a simulata hæretici hominis poenitentia sibi atque toti Ecclesiæ coveret. **D** Hac tempestate Julianus Eclanensis jactatissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi episcopatus intemperans cupidus exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis speciem præferens, molitus est in communionem Ecclesiæ irreperere. Sed his insidiis Xystus papa, diaconi Leonis hortatu, vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit, et ita omnes catholicos de rejectione fallaciæ bestiæ gaudere fecit, quasi tunc primum superbiissimum hæresim apostolicus gladius detruncasset. Ita scripsit laudatus Prosper ad consulatum Theodosii **xvi** et Festi, qui juxta Petavii tabulas rejiciendus est in annuni Christi **439**, ut etiam eminentissimus card. Norisius annotavit.

2. Tanta ergo fuit S. Leonis adhuc diaconi mira prudentia ingenique sagacitas, ut statim hujus Pelagianorum signiferi dolos, malam fidem et simulationes comprehendenderet, qui, dumtaxat, intemperan-

(a) Dionysius Potav., part. i Rat. Temp., lib. vi, c. 15.

(b) Cœlestinus papa, in epist. ad episcopos Gallia-

A tiori amissi episcopatus cupiditate actus, in catholicorum communionem cum omnibus hororibus et muneribus admitti efflagitabat, ut denue Ecclesiam perturbaret et novis machinis impeteret. Posteaquam vero animo omnibus periculis superiore idem Leo hisce malis occurrisset, hæreticos cum Nestorianos, tum Pelagianos scriptis etiam exigitandos esse censuit. Ac perinde, quasi præscius divinæ sui ipsius ad summum Ecclesiæ pontificatum electionis, Cassianus Massiliensis presbyteri verecundam taciturnitatem crebris **287** adhortationibus excitavit, atque istius propositionis ac sententiam laudabili studio et impetuosissimo affectu vicit, et quasi impulit ut septem adversus Nestorium de Incarnatione libros scriberet et evulgaret. In iisdem porro libris nullum prorsus morem Pelagianæ gessit, sed eos impetuī atque proscidit. Quare etsi, a Cassiano absolutis dudum Collationum spiritualium libellis, secum reputasset, constituissetque se in silentii portu collocare, excusaturus per taciturnitatis verecundiam loquacitatis audaciam, atque ut Semipelagianorum sautoris maculam, falso omnino illi afflictam, deleret, tamen etiam alto præmeditati silentii recessu, in publicum formidandumque judicium, postro adhortante Leone atque imperante, venit, novum subiit labore, cum adhuc de præteritis erubesceret. Ita profecto fassus est idem Cassianus in epistola nuncupatoria ad Leonom, in qua hunc etiam ita alloquitur: *Tua enim iam hic magis causa quam mea vertitur, tuum magis judicium quam meum officium periclitatur. Me enim, sire par sim tuo imperio, sive non sim, ipsa aliquatenus obedientiæ ratio atque humilitatis excusat...* Et paulo post hæc subjicit: *Tua ergo hæc res, tuum negotium, tui pudoris opus est.*

3. Non multum vero post, non solam fama (qua nihil in hujusmodi rebus est celerius) usquequaque persuasit, sed nuntii etiam præcucurrerunt, Xystus Romanum pontificem ex hac luce migrasse. Quod cum Pelagiani audissent, statim sibi novas clades imminere intellexerunt, si archidiaconus Leo ad pontificatum assumeretur. Et propriea maximo timore gravissimisque periculis cruciantur, et quasi in se ipsos etiam veluti de superiori loco nova felmina jaculanda proposciebant. Et quidem faustis hisce omnibus Leo Ecclesiæ regere aggressus est. Nam, ad communem fidei catholicæ utilitatem, statim hæreticis omnibus et Juliano potissimum, ac cæteris Pelagianis qui in Campania commorabantur, maximum bellum indixit. **C** In Italia nobis per Campanian constitutis, dum venerabilis et apostolico nomine nominandus Leo Manichæos subverteret, et contereret Pelagianos, et maxime Julianum (*c.*).

Qua in re tamen eos scriptores minime esse audiendos arbitror, qui ex Photii scriptis perperam eruerunt sanctum Leonem in Campaniam adversos Juliani insidias Prosperum Aquitanum destinasse. Nec enim Photius sua in Bibliotheca tale aliquid asseruit. Codice **54** dumtaxat, scripsit de Pelagiana hæresi renascente (*d*): « Post non diu rursum veluti existere atque enasci e mala radice impudenter cum cœpisset, Romæ etiam quidam pro hæresi libere locuti sunt, quos Prosper homo sane divinus, libellis adversus eos in vulgo editis, facile dissipavit extinxitque, Leone etiam nunc, quem diximus, Romanam sedem gubernante. » Non ergo Prosper, auctore Photio, Pelagianos in Campania commorantes everit, nec ad eam subeundam provinciam a papa Leone missus et destinatus fuit, ut Ussorio, Caveo aliisque placuit; sed tantummodo quosdam libello contra eos evulgavit, qui libere pro hæresi Pelagiana loquebantur. Quibus porro verbis potius quosdam homines indicatos esse arbitramur, qui nec Scripturarum testimonia intelligentes, nec qua pars est sub-

rum, tom. III Conciliorum.

(c) Auctor lib. Provin. Dei diuid. temp., cap. 6.

(d) Photius, in sua Biblioth., cod. 54, pag. 20.

missione apostolicæ sedis judiciis obtemperantes, dum illius heresem videlicet videri cupiebant. Quorum quidem consuetudo huiusmodi mori simillima est, cum scriptis garrulos quoquandam et clamorosum doctores, ne ardentes appellent, offendamus, qui publicas veritatem librorum officinas, eo dimitut animo frequentare solent, ut summa cum libertate aliorum gesta et scripta molant et carpant, eademque maledicis carminibus describant, cum tamen, oh summa ingoniorum confidantia! ipsa nec a natura, nec ab officiis, **288** neque a scientiarum peritis et exercitationibus, ratione illa datum sit de hismodi facultatibus vel leviter judicare.

4. Eiusmodi itaque bonorum loquacitatem atque dicentiam S. Prosper quatuor aut saltem tribus libellis exhibuit. Porro autem et illud reputans, homines videlicet, carminibus magis quam soluta oratione electari consuevisse, idcirco metrice conscripsit. Præcipuum vero boce inter libellos locum obiectum carmen illud de Ingratis, in quo contra Pelagianos, non tantum Ecclesie rerum gestarum seriem describat, sed etiam omnes nefariae illius heresies erroris in medium adducit et evertit. Annon igitur ex hoc orationis genere populus et vulgus intelligere poterat quali quantitate reverentia illa apostolica sedis decreta suscipienda forent, quae iam ab omnibus Ecclesiastici episcopis tamquam fidei tessera in bello habebatur? Annon præterea sola bujus libelli epigrapho, omnibus qui libere pro hac heresi impugnabantur, aut pudorem excitare posset, aut illius legendi cupiditatem insigere, ut pote gravem indicaret in opere ingratorum animosum censurato contigeret, quos qualibet tempore cunctis nationibus exhortare et ab eorum consuetudine segregare se consueverunt? Et sane si Ingratus is censeri debet qui pro accepis beneficis nec gratus rependit nec habet, quanto magis qui beneficia etiam se accepisse negat, et qui Ingratus non esse genere, horum vitum et causam defendere militat? Merito igitur Pelagianos ingratorum sibi nomine acquisivisse in dubium retrocurat vix potest et quia nemo (aut Magister Steyaert) populus Ingrati animi via laborat, quam ille qui voluntati ac misericordia dei inimicis impie volentate præfert humanam, quasi unigenitum malum receptionem habet, neq; a supremo bono, sed a se ipso inchoet.

5. Misce tamen rationibus eminentiss. Norisius refragari videtur. Libro quippe *de Pelagianæ Historiæ* *de testimoniis Photii scriptis*: « Ceterum nulli sunt libri Prospere contra Pelagianos, cum Photius eus libellos viceret, intellectissimo vero ens quos in Gallia contra Semipelagianos evulgavit, quos tamen aucto Leonis pontificatum scriptos esse nulli coepitque est. Contra ingratis vero lepidum illud carmen Romanæ eundem scriptissime unus Usserius sine teste affirmat pag. 80. » Num ergo haec dissimulanda sunt? Ne semper cum doctissimo viro negotiis nec habere velle videar, ut critici, litterarie rei Veneti scriptores, omni publicarunt, cum propria nostra Rubripi editio lucem aspergit (a). An ita Norisii conjecturis subscrive oportet, ut in nostra opinione libare videamus? Absit ut nostra cogitatio in istuc incidat consilium! Nec enim Photii testimoniuni ita est imbecillum, ut apud nos et apud eruditorum coepimus aliquam saltem sibi non vindicet fidem. Neque præterea ita eidem esse astreundendum arbitratur, ut clarissimi doctissimique viri cardinalis Norisii conjecturas atque rationes impetrere aut rejicere audiremus. Namis enim turpe foret vel leviter etiam eruditissimi hominis credere existimationem, qui pro Ecclesiæ rebus, post tot exultatos labores meliora suorum studiorum catholicæ orbis specimen exhibuit, omni in Pelagiana conscribenda Historia, tum in antiquorum monumentis ornandis. Cum haec itaque mecum reputarem, iterum conjectus oculis in Photii

A testimonium, utriusque scriptoris opiniones seu asserta facie conciliari posse mihi in agnitione induxi, atque ea potissimum de causa, quod Photius nullibi asserat, Leone Romanam sedem tenente, Prosperum ejusmodi contra Pelagianos exarasse libellos. At dumtaxat: *Prosper, homo sane divinus, libellis adversus eos in vulga editis, facile dissipavit extinxitque.* Qui certe loquendi modus potius indicat Prosperum Romanum sibi nactum occasionem publicandi in plebem etiam libellos, quos forte antea contra Pelagianos conscripserat. Hanc autem significationem Photii **289** verba praesefere, nemo inficiabitur, qui ad genuinum illorum verborum sensum animadvertiscat; simulque recogit nesciam propriæ scripta omnibus indiscriminatim PP. communicare consuevit. Nec enim tanta lumen erat quæscriptorum codicum copia, ut priam vulgi manus fererentur. Idcirco sat verisimile esset arbitrii Prosperum liberos quos forte ipse, auctore Dorisio, in Galliis conscripserat Roma deinceps in vulgus etiam edidisset, ut Pelagianorum iudices dissiparet et extinxeret.

B 6. Postremam haec conjecturam Hieronymi ad Florentij epistola auget, de qua nos ipsi in *Eusebi editione* disserimus. Ibi namque apparet, maximum fuisse librorum communicationem Hieronymum inter et Rulinum. Quare ille Florentium enixerat ut ubi hospitiu Rulinum communem amicum exceperit, petat ab eo sibique militando curet hec Rhetici Augustodunensis episcopi commentarios in *Canticis Cantorum*. Præterea nomine ejusdam Pauli Senis de Rulni patria residi sibi postulat Tertulliani codicem: *Interpretationem insuper Psalmorum Davidicorum et prolirum valde de Synodis librum* S. Hilarii, sua Hieronymi ipsius manu apud Treviros exscriptum. Ex qua epistola intelligimus codices Operum a Patribus elucubratorum ita perratos quinto Ecclesiæ saeculo fuisse, ut vix eorum exemplaria parandi esset facultas hominibus vel maxime pecuniosus, aut iis qui improbum amanuensium labore subire non reformidabant. Quamvis igitur hoc ultra denus, quod Prospere libelli, de quibus Photius disserit, in Galliis ab auctore fuerint conscripti, quid inde tamen impedimenti erat quominus ad communis cause utilitatem in vulgus pariter postea ederentur? Et quidem non aliud Photiana verba seni um subire nobiscum judicabunt, qui eadem secundum grammaticæ apices voluerint interpretari. Numquid enim aliud ibi laudatus Photius, nisi unum hoc dumtaxat innuit, nimurum sanctum Prosperum magnum veritati lumen et adjumentum attulisse in iis libellis pervulgandis, quibus facile omnes vulgi tumultus compescuit, atque catholicecum cum pietatem, tum religionem sovit, confirmavit et auxit? Et sane vulgus ipse, quamvis in ecclesiasticis rebus sit parum versatus, nec facile docentis auctoritati obtumperet, quam scriptissime tamen, si necessariis negotiis curisque sit vacuus, obloquentium sermones audire nequaquam abnoit, ac ab ipsisdem veluti quodam captus illicio, cum de justitiae rigore agitur, judicium rectitudinem vel integratem sibi facit suspectam, de reorum erinimibus frequenter prepostere judicat, et quadam miseratione erga damnatos motus, cum ob poenas quas luunt, tum quod ab iis abhorret, sanctissimos Ecclesie presules atro dente petere non erubescit. Ut itaque malis hisce omnibus sanctus Prosper occurret, simulque vulgum pietatem et religionem foxeret, ut diximus, et excitareret, sat verisimile est eum idcirco tristibus versibus Pelagianorum mores et instituta exigitare voluisse, ut scilicet vulgus ipse non se falli sineret, atque ad veritatis inquisitionem investigationem traheret et accenderet. Et sane non alia de causa ejus oculis rerum gestarum seriem et ordinem, Pelagianorum impietatem et errores eundem subjecisse credendum est, nisi ut deinceps divinae gratiae laudes

(a) *Veneti litter. rei scriptores*, anno 1742.

concincret, catholicae Ecclesiae fidem et pietatem celebraret, et ipsorum deum hæreticorum gesta, dogmata, clades, exitium atque ignominiam in oris canonicum verteret. Ejusmodi autem felicem exitum celebri carmine de Ingratis, tum tribus aliis libellis in vulgus editis, Prosperum assecutum fuisse, Photii laudata verba non obscure deuuntiant, sive S. Prosper multo ante Leonis Magni pontificatum, sive hujus pontificatus tempore eos libellos conscripserit.

290 CAPUT III.

De tempore quo S. Prosper suos libellos in Pelagianos conscripsit.

1. Jam vero nunc extra nostri instituti propositum vagari videbimus, si horum libellorum epocham diligenter inquire statuanus. Sed ab hoc munere nulla ratione abduci potui, cum ea in epocha inquirena omnes præcedentes scriptores lapsos esse perspexerim. Nec enim carmen de Ingratis ad annum 429, vel ad sequentem, revocandum est; neque duo illa epigrammata in Augustini obtrectatorem in annum 417 vel 418 rejicienda sunt, ut præcedentes scriptores asseruerunt. Id imprimis ex Prospero ipso colligitur, qui ita de Ingratis carmen orditur, ut plene abolitum omne Pelagianum virus describat. At quorsum haec Prosperi spectare oratio, si Ecclesia hoste nondum eliso, adhuc tumidus per Campaniam aliasque Italæ regiones sese extulisset? Quia porro ratione Prosper dixisset plenam ab Ecclesia contra Pelagianos reportatam fuisse victoriam, si horum signifer Julianus, vel Constantinopolim, vel per Italiæ et Gallias novas turbas excitare potuisset, ut semel et iterum in catholicam societatem irreperiret? Nec enim similes loquendi formulæ, aut ad Africæ synodos, aut ad sancti Innocentii papæ decretæ diu taxat debent referri; nam, ut optime ex ecclesiasticis monumentis intelleximus, tunc Julianus in apertam heresim nondum erat prolapsus, sed sub religionis ac pietatis larva nefarios errores potius obducere conabatur. Neque de papæ Zosimi constitutione, aut de concilio Ephesini sanczionibus possunt eadem sancti Prosperi verba interpretari, cum jam sub Xysto et Leone Romanis pontificibus Julianus ipse, et reliqui Pelagiani præsules, hinc atque illinc novas turbas et inolimina excitantes, episcopales sedes, honores et ministeria ut sibi restituerentur omnibus studiis contedebant.

2. Prosperi igitur carmina non alio potius quam Xysti aut sancti Leonis tempore convenire posse nubis videtur. Et quamvis absolute asserere haud audemus, istud carmen Leonis ævo fuisse conscriptum, tamen cum ita loquatur, ut Pelagianam sobolem penitus extinctam describat, et veluti de confecto bello, de parta victoria, de pace secuta mentionem faciat, minime ejusmodi conjectura omnino debet refelli, ut ex ejusdem Prosperi carminibus ipse lector poterit judicare.

Congenitæ in Christo gentis mihi castus ab alto
Insinuatus amor proprias excedere vires
Me jubet, atque pias accendere carmine mentes :
Ne post confectum celebris Victoria bellum,
Sécuros animos incœta pace resolvat,
Ceu metus eliso jam nullus ab hoste supersit,
Nec caput attriti virosam palpiter anguis.

Quod si tamen quisque contendat istud Photii dictum: *Romanæ etiam quidam pro hæresi (Pelagiana nimurum) libere locuti sunt, quos Prosper, homo sane divinus, libellis in vulgus editis, facile dissipavit extinxitque, de uno dumtaxat carmine de Ingratis minime comprobari, ego quidem non multum repugnabo. Immo, licet illud opus libellorum nomen re ipsa subeat, tum cum ab auctore in quatuor æquales partes fuerit divisum, quarum uniuicuique proprium atque singulare argumentum respondet, ut jam cl.*

A D. Antonius Salinas, regularis canonicus, in sancti Prosperti ornandis Operibus probavit; tum deinde, cum hocce orationis genus satiricos versus ad aliorum malos mores et instituta carpenda et exagitanda comparatos contineat, merito etiam ex hominum loquendi usq; sibi libellorum nomen vindicavit. Ne autem negotii plenus Norisio repugnare videar, leves has conjecturas prætero, atque ad alios tres etiam Prosperti libellos **291** contra Pelagianos editos meas se converti oratio. Conscriptis itaque, ut diximus, Prosper duo alia epigrammata in sancti Augustini obtrectatorem, quibus et celebre illud Nestorianæ et Pelagianæ hæreses addidit epitaphium. Sed illa orationum genera certe prorsus intempestiva fuisse, si saltem Augustinus aut nondum extremam diem clausisset, aut si alterutra ex illis hæresibus adhuc penitus extincta et abolita non fuisset, que revera duæ illæ hæreses ad plenum exitum minime fuerunt perductæ, nisi posteaquam Augustinus diem obierat. Cujus quidem argumenti pondus Prosperti editores præsidentes, epitaphium dumtaxat in Nestorianos et Pelagianos serius exaratum asseruerunt; illud videlicet ad annum 432 revocantes, cùm mirum, e vivis sublato Augustino, duæ illæ hæreses in plenaria Ephesina synodo damnatae fuerint. At id saltē de aliis libellis asseri oportere gravissimæ conjecturæ nos urgent. Quis namque reputabit Augustino adhuc superstité alium quempiam pro ejus nomine atque doctrina sibi vindicis partes assumere voluisse? Annon sanctus doctor ipse, quoad vixit, stylum semper contra suos adversarios paratum habuit, eos vel molli brachio perstringendo, aut gravissimis censuris eorumdem machinas destruendo? Sat igitur verisimile est Augustinum illum, qui Adrumetinos monachos perperam ejus scripta interpretantes corripuit, objurgavit; qui Pelagium et Julianum perpetuo impedit et exagitavit; qui ab Hieronymi objectionibus propriam doctrinam modeste purgavit; sat, inquam, verisimile est hunc Augustinum novas illas Pelagianorum obtrectationes inultas minime reliquisse, aut saltem debitas gratias Prospero ejus vindici reddidisse. Reddidisset tamen, si in vivis extitisset adhuc cum laudatos libellos Prosper conscripsit.

B 3. Prosperti deinde duæ ad Augustinum epistole magnum nostris conjecturis robur adjiciunt. Sed Caveum, Usserium, Joannem Olivarium cæterosque Prosperti editores in assignanda prædictorum libellorum epocha gravius lapsos esse patescant, si nos tempus quo ejusmodi epistola conscripta fuerit diligenter inquiramus, atque ad eorumdem argumenta animi cogitationem convertamus. Quoad tempus attinet, Caveus credit anno 426 fuisse conscriptas. Novissimus autem eorum editor sibi persuaderet exeunte anno 428, vel ineunte anno 429, scriptas fuisse. Ita ad marginem annotavit pag. 89. Si deinde epistolarum argumenta perpendamus, in iis palam Prosper testatur Pelagianæ hæreses reliquias in Galliis et in plerisque aliis regionibus aductas fuisse; maximis quoque querelas excitatas adversus ejusdem

C Augustini opuscula, et præsertim contra doctrinam libro de Correptione et Gratia explicatam. Quis autem affirmare velit jam tum Prosperum carmen illud de Ingratis cum cæteris libellis a Photio laudatis concinnasse cum has epistolæ scriberet? Nonne in iis recessuit gravissimas difficultioresque quæstiones a Pelagianis motas, quas clara luce ab illo sibi aperiri cupiebat, et, quasi in multarum rerum intelligentia nutans, lunam ex novis Augustini scriptis efflagitabat? Galliam pene totam fuisse commotam, cum Prosper hæc scriberet, priori epistola declarat, et propterea fieri studebat S. Patris sapientia et eruditio doctior, et ut prodasset multis suo rogatu, cum interpellat, scribens: *Tribue nobis in hac causa, papa beatissime, pater optimè, quantum juvante Romane potes, diligenter pietatis tuæ, ut quæ in istis questionibus obscuriora et ad percipiendum difficultiores sunt quam lucidissimis expositionibus digneris ape-*

rire (a). Harum autem gravissimarum quæstionum decem argumenta statim subjicit, et interim veritus contra tot adversarios meritis atque honoribus claros in apertum disputationis campum prossilire, et contra eosdem dimicare, animi servorem silentio cohibet, quod ausus ab Augustino obtinebit responsum. *¶ Quibus omnibus enodatis (ita ultimum ejus epistole caput orditur), et multis insuper quæ altiore intuitu ad hanc causam pertinentia magis potes videre decussis, credimus et speramus non solum tenuitatem nostram disputationum tuarum præsidio roborandam, sed etiam ipsos quos meritis atque honoribus claros caligo istius opinionis obscurat defacalissimum lumen gratiae recepturos. Non itaque tum Augustini obtrectatores suis carminibus Prosper impetrare poterat, non plenam canere de Pelagianis reportatam victoriam, si et ipse, inter alia et alia dubia jam hæren suspensus, ab Augustino inquirebat an Christiana fides ea dissensione violarelur, quantum periculi in adversariorum opinione patesceret. Deinde quomodo per istam præoperantem et cooperantem gratiam liberum non impeditur arbitrium, explicaret. Tum utrum præscientia Dei ita secundum propositionem maneat, ut ea ipsa quæ sunt proposita, sint accipienda præscita, et id genus alia, quæ octavo ejusdem epistolæ capite a quopiam possunt lustrari. Sodes igitur dicant, qui duo Prosperi epigrammata contra Augustini obtrectatorem ad annum 417 aut 418, carmen vero de Ingratis ad 430 annum revocant, an is, qui in sacris litteris homo divinus appellatur, Pelagianos ad bellum scripto tum advocare potuerit, cum anno 429 nondum satis de totius controversiæ cardine, fundamentis atque rationibus erat instructus? An imparatus et inermis cum hæreticis certamen sanctus Prosper habere voluit, et, quasi nimium sibi fidens, tum pro Ecclesiæ sanctiobibus, tum pro Augustini doctrina decertavit, quando, necdum super laudatas quæstiones institutus, animo varias inter adversariorum opiniones interpretationesque fluctuabat? Ficta et commentitia fabula tanto indigna viro! Præsertim cum ab Augustino, duobus in libris, videlicet de Prædestinatione et de Dono Perseverantiae, paulo ante diem ejus emortualem conscriptis, objectas sibi a Prospero et Hilario Massiliensem et Pelagianorum quæstiones enodatas fuisse intelligamus. Quando vero Augustinus obierit, narrat Possidius in Augustini Vita scribens: *Anno 430, quinto kalendas Septembri S. doctorem humanæ vitæ debitum persoluisse, quo tempore Vandali Hippo-nem tertium jam mensem obsidebant.**

4. Ad quæ omnia cum ipse sedulo animadvertem, contra fere omnium præcedentium scriptorum opinionem mihi persuasi sanctum Prosperum in Pelagianos vel horum reliquias decertare aggressum, eosdemque scripto dumtaxat impetrare cœpisse cum jam Augustinus obierat. Quis ignorat tum ita in Galliis præsertim percrebrescentibus divinæ gratiae hostibus, Augustinique obtrectatoribus, Prosperum et Hilarium Romam ad Cœlestinum pontificem profectos, ut firmo certoque testimonio, quanti apud apostolicam sedem semper fuerit, de ejusdem sancti Augustini doctrina declararet? Horum autem votis Cœlestinum annuisce, celebris epistola anno 430 ad episcopos Galliæ declarat, in qua non tantum scribit (b): *Augustinum sanctæ recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec umquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor aspersit, quem tantæ scientia olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam ante a meis decessoribus haberetur. Huic autem epistole præteriorum sedis apostolicæ auctoritates de gratia Dei et libero voluntatis arbitrio subjectas legimus; ut inde obloquientes que sequi et probare prosterentur, atque ea omnia quæ sacratissima beati apostoli sedes Petri*

(a) Prosperi ad August. epist., cap. 7.

(b) Cœlestini papæ epist. ad Galliæ episc. cap. 2.

(c) Proemium auctori. aum seu capitulorum apo-

A contra inimicos gratiae Dei per ministerium presulum suorum sanxit et docuit, intelligenter (c). Quisnam vero horum capitulorum collector fuerit, in praesentia non inquirimus. Auctor tamen ita recentioribus dogmatistis refragatur, ut luce hac in re clarius ostendat Pelagianam hæresim proscriptam et judicatam fuisse ab apostolica sede, et Africanos canones tantum roboris obtinuisse, quantum iisdem Romanis 293 antistes tribuerunt, cum eodem probarent. Quæ sane verba cum Quesnellum aliosque ejus assecras gravius urgeant et male habeant, statim subjicimus sequentia verba: *Necessarium igitur fuit diligenter inquirere quid rectores Romana Ecclesia de hæresi quæ eorum temporibus exorta fuerat judicaverint, et contra nocentissimos liberi arbitrii defensores quid de gratia Dei sentiendum esse censerint; ita ut etiam Africanorum conciliorum quasdam sententias jungeremus, quas ubique suas fecerunt apostolici antistes, cum probarent. Eiusmodi porro necessitatem apostolicæ sedis judicij inquirendi et exspectandi, cum de hæresibus agitur, pleno ore nono Ecclesiæ seculo Hincmarus Remensis Ecclesiæ episcopus contra Gothescaleum confessus est. Qui sane ad laudata verba non provocasset, nec integra suam in epistolam translatisset, si illam sententiam ratam non habuisset. Praefatus autem Hincmarus cum Petro diacono, Floro magistro, Cresconio, Dionysio Exiguo, Ivone, eadem capitula Cœlestini tribuit, cum veluti pars et appendix illius epistolæ habeantur.*

5. Hæc itaque alia multa cum animo oberrant, contra omnium præcedentium scriptorum opinionem constanter existimavi laudatorum libellorum nullum a Prospero exaratum fuisse antequam Augustinus ex hominum vita demigraret. Certe hoc uno satis admonere vissit est ejusdem Prosperi vigilantia, qui, ut Augustino jam vita functo præsidium pararet, Romam venit, ut super illius doctrina Cœlestinum papam consuleret. At si Prosper jam edidisset aut evulgasset laudatos libellos, non Augustini, sed priam apud pontificem causam egisset. Nihil enim habet Prosper, præsertim in carmine illo de Ingratis, quod ex Augustino non fuerit depromptum, quodvad a Massiliensibus vel Pelagianis non fuerit in discrimen adductum, quod denique in illis decem apostolicæ sedis capitulis non appareat definitum. Neque enim probabile est S. Prosperum quadripartito illo carmine de Ingratis, aut adversariorum objectiones transferre voluisse, aut ante apostolicæ sedis judicium Augnstini doctrinam ab omni suspicionis labo purgare ausum fuisse. Quid de decom illis apostolicæ sedis capitulis erit asserendum? Potuit forte S. Prosper eadem sibi in animo præfingere, eademque scripto exponere, antequam diligenter inquireret quid rectores Romana Ecclesia de Pelagiano hæresi, quæ eorum temporibus exorta erat, judicaverint? Figmentum spage! Quare, si in hoc scribendi genere argumentum a simili valeret, utique ad librum adversus Collatorem a Prospero editum recurrerem, quem legentes ipsi cognoscunt Augustino vita functa fuisse conscriptum. Sed hunc cum carmine de Ingratis fere in unum et idem tempus esse rejiciendum, jam adducta atque mox adducenda argumenta quam perspicue patesciunt. Eminentissimus itaque cardinalis Peronius (b), qui veterum catholicorum poetarum usum habebat, multa pro corum conscribens defensione, asseruit eudem illos saepè alibi soluta oratione tradidisse, quæ alibi strictæ commiserant, quod ipsum sancti Paulini Nolani episcopi, de quo ipse sermonem habebat, manifestum efficit. Nam autem rationem maxime Prosperiano poemati de Ingratis convenire, ipsi arbitramur, cum in eo nihil illa scriperit, quod vel in apostolicæ sedis auctoritatibus et in aliis suis Operibus soluta oratione exarata

stolicæ sedis.

(d) Card. Peronius, in Resp. ad Angliæ regem, lib. v, cap. 20, pag. 13.

non tradiderit. Supremæ autem apostolicæ sedis auctoritati validissimum certissimumque argumentum illa carminâ suppetunt, quibus canit :

Pestem subeuntem prima recidit
Sedes Romana Petri, que pastorâ honoris
Facta capul mundo, quidquid non possidet armis,
Refugione teat.

Libro autem adversus Collatorem fusius rerum gestarum scriiem describens, Romanorum pontificum in Pelagianos lata judicia, servato temporum **294** ordine, enumerat, atque ex Innocentio papa exordia repetens, eadem usque ad Cœlestinum perducit, ita ad nostrum subjiciens intentum : *Per hunc virum (Cœlestinum videlicet) intra Gallias istis ipsis qui sanctæ memoriarum Augustini scripta reprehendunt malevolentie est adempta libertas, quando consultantum actione suscepit, et librorum qui errantibus displicebant pietate laudata, quid oporteret de eorum auctoritate sentire, sancto manifestavit eloquio, evidenter pronuntians quantum sibi presumptionis istius novitas displiceret quaaderent quidam adversus magistros insolenter insurgere, et indisciplinata calumnia prædicationi veritatis obstrepere. At Augustini nefarios obrectatores tertia parte illius carminis de Ingratis suggesti, eorumdem Pelagianorum Scenipelagianorumque objectiones relentes, quibus vociferantes querentur omne opus arbitrii sublatum, nec vitiis pœnam deberi, aut præmia laudi. Ille autem vociferasse Augustini obrectatores post ejus obitum, luculentissime cum patesfactum sit, ut in his diutius immoratur minime opus est, præterim sufragante nobis Photio in Bibliotheca, cod. 53, Vincentio Liriensi, adversus heres cap. ultimo.*

CAPUT IV.

Præcedentium scriptorum argumenta eripiuntur.

1. *Etsi vero ista omnia præcedentia capite, servato temporum ordine, annotaverim, nihil adhuc me præstissime videbitur, nisi Josephi Anthelmii, Usserii, Cavelli, Martini Steyaert, P. Salinas, aliorumque scriptorum fundamenta eripiam. Unum statque dumtaxat facili Prosperi testimonium ex cap. 3 carminis de Ingratis depromptum adducunt, quo hocce opus superstite Augustino conscriptum esse sibi blanditur. Canit itaque sanctus Prosper :*

An aliquam in spacio posset procedere sanctum Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumque Augustinus erat? quem Christi grata cornu Ubriore rigans, nostro lumene dedit ævo Accesum vero de lumine; nam cibis illi, Et vita, et Requies Deus est, omnino voluntas, Unus amor Christi est; unus Christi est honor illi, Et dum uilla sibi tribuit bona, fit Deus illi Omnia, et in sancto regnat sapientia templo.

In Prospere (all. Patet Salinas) (n), in quibus magistrum optimum tamquam superstitem continent celebrat elogio; quomodo sane de aliis episcopis aut viris in hac causa præcipuis et fato jam functis ibidem non loquitur?

2. Sed Martinus Steyaert Lovaniensis doctor in ornando castigandove hoc opere, eodem prorsus argumento ductus, sic ad illud verbum regnat annotavit. *Ex quo (verbo videlicet) aliisque toto paragraphe verbis præsentis temporis colligitur scriptitasse haec sancto doctore superstite. Quid autem ejusmodi argumento imbecillius? Nam si imprimis illud laudis genus spectemus, quo nihil sublimius neque splendidius de beato quopiam spiritu jam cum Deo in celis regnante dici potest, illud sane homini adhuc mortalem vitam agenti nonnulli cum aperta et inveteranda assentatione conuenire potest. Quo*

(a) In Operibus Sanctorum Prosperi Aquitani et Honorati Massiliensis notis observationibusque, Romæ anno 1732, illustratis.

A sensu, præterea, quave ratione de uno Augustino superstite Prosper canere potuisset: *Quem Christi gratia cornu ubriore rigans nostro lumene dedit ævo accensum de vero **295** lumine; cum postmodem, eodem jam vita functo, idem Prosper apostolicam sedem diligenter consuluerit: An hunc sinistre suspicionis saltem rumor asperserit, vel an tanta scientia fuerit, ut inter Ecclesiæ magistros optimos esset recensendus (b). Quemadmodum enim haec inter se conciliari possint plane non video; præsertim cum laicus homo, omni prorsus ecclesiastica auctoritate denudatus, qualis Augustino superstite Prosper erat, minime sibi de S. Patris scriptis judicare arrogas; et ante Cœlestini papæ sententiam.*

3. Non denique præsentis temporis verba nos urgunt, cum poetarum ingeria liberiori semper utantur licentia, tales sæpissime sibi consingentes imagines, ut veluti præsentes qui jam decesserunt describant, et ex eorum gestis et scriptis mortuos vivere adhuc sibi persuadeant. Et quidem Prosper ibidem ad supernam Augustini sapientiam alludit, quæ Pelagianorum Semipelagianorumque artes, molimina et errores clusi, rejecit atque everuit. Idecirco eum post mortem tamquam viventem in exaratis Operibus sibi proposuit. Neque verum est toto illo paragraphe præsentis temporis verbis uti, sed, animi cogitationes poetice exprimere volens, modo ad præsentis, modo ad præteriti temporis verba recurrit, et, gradu veluti factio, a mortali Augustini vita ad illam immortalis quæ cum Deo regnat, eum sub sapientiae nomine, hisce verbis describit: *Et dum nulla sibi tribuit bona, fit Deus illi omnia, et in sancto regnat sapientia templo. An censem laudari scriptores quibus refragamus de sapientissimo quopiam vivente viro hæc eum proprietate dici posse? Quandonam Deus viventibus omnia fieri consuevit, ut mortali carne adhuc circumdati in sancto templo regnent? Illocce de Christib unigenitis Dei Filio dumtaxat cum veritate Scripturas et Patres asseruisse, catholicis omnibus sat est exploratum; sed si alio cuipiam ejusmodi dictum aplâre velimus, cum catholica ipsa religione contendamus necesse est.*

4. Ad que cum serio animum convertissem, nimis imbecilliam atque inserviam eorum opinionem existimavi, qui à Prospero laudatos libellos conscripsis fuisse arbitrari sunt antequam Augustinus diem obiit, vel antequam Cœlestinus papa Augustini scripta elogis ornaret, aut denique antequam Julianus illa Pelagianorum signifer ad plenum extitum cum suis machinis perducerebatur. Cetera vero quæ a P. Salinas subduntur, penitus cadunt, si Prosperi scribendum aut disserendi modum attendamus. Nec enim carmine illo de Ingratis tercentenos illos proceres qui in Pelagi causam convenierant elogis ornare sibi sacer poeta propousuerat, sed divina gratia hostes impetrare et exagitare animis illi fuit. Proprietas nihil minus, si, excepto Aurelio, totius Romanæ Africæ primatæ, et eximio doctore Augustino, ceterorum omnium nomina silentio occuluit, præsertim cum Prosperi ævo eorumdem Patroni hominum in consilio Actis, quæ nondum intercederant, facile deprehendi possent.

296 CAPUT V.
De sancti Leonis Magni scriptis contra Pelagianos exaratis.

1. Jam vero temporis et nostri instituti ratio posculat ut de Magni Leonis scriptis verba faciamus. Quod igitur ad hujus scripta attinet, nihil magnificientius, in illius homilias præsertim, eluceat quam divina illa doctrina sacris in litteris tradita de divina gratia virtute atque muneribus. Quare existet Julianus, atque deletis jam per Campaniam Pelagianis, Romæ domum obmotescentibus horum hereticorum

(b) Martinus Steyaert landatus a cl. P. Joan. Antonio Salinas canonico regulari in Operibus S. Prosperi Romæ adornatis.

santoribus, quid erat quod sacra inter mysteria tanto dignis pontifice tractare posset et frequenter populo suadere? In maximis igitur anni solemnitatibus atque Romanorum civium auribus, quod vixit, aliquam saltem orationis partem in eum scopum dirigebat, ut Pelagianorum aliorumque hæreticorum errores carperet atque subverteret. In iis quippe modo naturalium virium imbecillitatem infirmitatemque describit, modo divini auxili supernam virtutem ad aeternam felicitatis bonum consequendum necessario requisitam quam saepissime inculcat. Hinc totam Adami sobolem inobedientia peccato corruptam remansisse, ex Apostolo, ex Evangelio aliisque sacrarum Scripturarum testimonis explicat. Inde maximum divina miserationis opus describit, quo per unigeniti Dei Filii crucem, mortem, soluto jam nostra redemptio-
nis pretio, peccati vincula confracta sunt, et, tarta-
reæ captivitatis jugo excusso, iisdem et omnibus Ade-
filiis paradisi ostium fuit reseratum. Quid plura?

2. Perpetuo igitur et ubique S. pontifex occasio-
nem captat Pelagi insectandi dogmatis, ut si forte
aliqui inter suos auditores extitissent, qui de catho-
lica veritate, de apostolicæ sedis sanctionibus dubitarent,
rationum tandem pondere confecti, et apo-
stolici sermonis auctoritate persuasi, non amplius
different Pelagium, Cœlestium atque Julianum cum
eorumdem erroribus damnare. Hac potissimum de
causa populm hortatur, ut non presumeret de sua
justitia, nec de Dei misericordia diffideret, quia omni-
potens Deus, ut mirabilem saceret gratiam suam in eo
(loquitur de se ipso) munera sua contulit, in quo me-
ritorum suffragia non invenit (a). Et sequenti oratione,
cap. priori, humanæ nature imbecillitate descripta,
subdit: *Et tamen non desperamus, neque desicimus,*
quia non de nobis, sed de illo presuminis qui operatur
in nobis (b). Ne autem hæc ita in adversæ partis si-
gnificationem traherentur a quopiam, perinde quasi
arbitrari vellet humanae voluntatis vires ita per pec-
catum fuisse elisas, ut arbitrii ratio prorsus delecta-
mansisset; quemadmodum nos Deus ad imaginem
suam reparet, ut in nobis formam suæ bonitatis inveniat,
sequenti mirabili magnificaque sententia expli-
cavit: *Dat unde ipsi quoque quod operatur operemur,*
accendens scilicet mentium nostrarum lucernas, et igne
nos suæ charitatis inflammons, ut non solum ipsum,
sed etiam quidquid diligit diligamus. Et rursus alio
loco humana corda terreno agro comparat, qui si pi-
gro otio et inertis desidio negligatur, terra nihil gene-
rosi germinis pariet, et, spinis ac tribulis subdita, non
produceat quæ condenda sint horreis, sed quæ urendæ
sint flammis. Quam deinde allegoriam explicatur,
in hac verba prorupit (c): *Ager autem iste, dilectissimi,*
rorante desuper gratia Dei, fide munitur, jejunis
exercetur, eleemosynis seruit, orationibus secundatur,
ut inter plantationes rigationesque nostras nullius ama-
297 *riudinis radix pullulet, nec se incrementa cujusque*
noxia stirpis attollant, sed, enecato omni semine
vitorum, convalescat seges lata virtutum. Loquitur hic
sanctus pontifex in persona sacrorum presulum, qui
in Dominico agro operarii sunt constituti.

3. Sed et humanæ nature infirmitati et corrup-
tioni, quas mordicus Pelagi dogmatis auctores
inficiabantur, sacro baptismatis lavacro mederi ipse
S. pontifex sermone decimo septimo docet. Non ita
tamen ut, semel divini auxili virtute originali morbo
sanato, ipse homo viribus propriis subsistere queat,
ut nullatenus mortalem hand vitam agens ab adeptis
justitiae gratia deflectere possit, et quam saepissime
deflectat. Nam cum natura nostra mutabilis sit, et

A de peccati labore mortalibus, licet etiam jam redempta et
sacro baptisme sit renata, in quantum est passibili-
lls, in tantum est ad deteriora proclivis, corrumpen-
turque carnali desiderio, nisi spirituali muniretur
auxilio: *Quia (aurea sunt ista verba) sicut illi num-
quam deest unde corruiat, ita semper praesto est unde
subsistat.* Nihil ergo sanctissimus noster Leo gratius
et utilius suscipere poterat, quam provinciam per-
petuo carpendi et ince-sendi hæreticorum sectas, si-
mulque edocendi populum, ut eorum errores sibi cave-
ret. Propterea nil mirum, si in omnibus fore suis con-
cionibus Pelagianos taxabat, eamque hæresim tanto
rationum pondere et Scripturarum auctoritate ha-
aggrediebatur, ut quamplurimos ad pœnitendum
adduxerit.

4. Consulat lector serm. primum in Natali Do-
mini, quem Romana Ecclesia semper in suo Bre-
viario retinuit. Nonne in priori capite omnium ho-
minum nou modo, sed infantium etiam Redempto-
rem Christum Dominum appellat? Asserit quippe
eum esse peccati mortisque destructorem, qui sicut nul-
lum a reatu liberatur, ita liberandis omnibus
renit. Et paulo post usurpans Jobi verba illa cap. xiv.
4: *Nemo mundus a sorde, nec infans cuius est unius*
diei vita super terram (d), unum ex fundamentalibus
hujus hæreseos articulis everit (e). Consulat etiam
cap. 5 sermonis 5 de Natali Domini, quo totis elo-
quentiæ nervis directe se Pelagio opponit, qui, arro-
gans et tumidus prætextu humanæ libertatis tuendæ,
docebat Adamum suo lapsu sibi dumtaxat nocuisse,
ceteros vero homines nasci in ea naturæ perfectione
qua a Deo Adamus fuit conditus (f). Contra vero
S. pontifex catholicæ fidei sacramentum istud esse
docet: *Omnis omnino homines in Adamo periisse:* ita ut nisi Verbum Dei caro fieret, et habitat in no-
bis, nisi in communionem creature Creator ipse desen-
deret, et verustatem humanam ad novum principium
sua nativitate revocaret, regnare mors ab Adam usque
in finem, et super omnes homines condemnatione insol-
ibilis permaneret, cum de sola conditione nascendi una
cunctis esset causa pereundi (g). Atque tandem, ut
pene innumera alia loca missa faciam, consulat
lector sextum de Epiphania sermonem, cap. 4, ubi,
humanæ conditionis fragilitate descripta, qua sem-
per in delicta prolabitur, cito minime deceptiorum
voluptati acquiescentium esse demonstrat, quia nul-
lum sine delectatione peccatum est (h). Quare tot in-
ter fantasque carnis illecebras, atque ab infernalibus
hostiis humana circumventa natura, nullam pror-
sus homo potest sibi operi sive custodiâ nancisci,
si a carnalibus desideriis non recurratur ad spiri-
tuale præsidium, et mens habens notitiam Dei sui a
consilis se male suadentis hostis avertat. Quisque
autem jam in carnalibus voluptatibus delectatus, atque
ab hostiis superatus peccatorum vinculis constringitur,
numquam sit de impunitate securus, quia si tempus
pœnitentia amiserit, lacum indulgentia non habebit.
Diffidat prorsus propria virtute posse consurgere,
aut saltem naturæ motibus se ad justificationem di-
sponere, ut **298** Massitionem et Semipelagiano-
rum turba per personam assertorunt, sed consugunt ad
auxiliantis Dei clementiam, et vincula male consuetu-
dinis ab illo poscat abrumpi, qui allera omnes qui
corrunt, et erigit omnes elisos. Tunc enim non erit
vacua conscientia oratio, quoniam misericors Deus vo-
luntatem timentium se faciet, et dabit quod petitur, qui
dedit unde petetur. Sed apertius et fortius prætere
eosdem Semipelagianos, Pelagianosque implet et
perstringit sermone ultimo de Epiphania, cap. 3,

(a) Serm. 1 in anniversario suæ assumptionis cap. 2.

(b) Serm. 2 c.p. 1.

(c) Serm. 14 de jejuniu decimi mensis, et collectis
4, c. 1.

(d) Serm. 17 cap. 1.

(e) Serm. 4 in Natali Domini cap. 1.

(f) Similia habet serm. 2 in Natali Domini cap. 5;

et serm. 3 cap. 3.

(g) Sibi concinit serm. 6 de Nativ. seq. cap. 3 et
cap. 6.

(h) Serm. 6 de Epiphania cap. 4.

ubi, de vera supernaque disserens virtute, asserit A nullam esse, nec proprietatem obtinere Deitatis, nisi spiritu visiter Auctoris; dicente enim discipulis suis Domino: *Sine me nihil potestis facere*; propterea subjicit statim: *Dubium non est hominem bona agentem a Deo habere, et effectum operis, et initium voluntatis.*

5. Sermone tandem 13, qui est Quadragesima quintus, novos arietes preparat ad Pelagianæ Semipelagianæ hæresis exitium, quando videlicet bonum corda superni Spiritus virtute Dei vivi tempore fieri probatur, domorum manufactarum exemplo et similitudine usus est: *Quibus laudabili diligentia providetur, ut si quid aus infusione imbrum, aut turbine procellarum, vel ipsa fuerit antiquitate corruptum, in integrum cura restituat, ita (ait) iugi opportet sollicitudine præcaveri, ne quid in nostris animis incompositum, ne quid inveniatur inmundum.* Sed ab humbris ad divinas supernaque res gradum postmodum faciens, sic ad nostrum intentum mirifice ratiocinatur: *Quamvis enim aedificium nostrum sine ope sui non subsistat artificio, nec fabrica nostra possit esse incolumis, nisi ei protectio præuerit Conditoris, tamen quia rationabiles lapides sumus, et viva materies, sic nos Auctoris nostri exstruxit manus, ut cum opifice suo etiam is qui reparatur operetur.* Non enim hic Leo humanæ voluntatis divino subsidio suffulta et adjutæ nisum cooperationem atque liberum consensum excludit, ut postmodum Calvinus, Jansenius, atque Quesnellus improbe nimisque licenter asserere ausi sunt. Nec quidem liberum hominis arbitrium ad instar lapidis, aut alterius mortuæ omnino rei se habere docuit, sed quando gratiæ divinæ motibus excitatur, a Dei obedientia se substrahere non debet, nec ab illo bono deficere, sine quo bonum esse non potest. Propterea idem sanctus pontifex laudatis verbis hæc subdit: *Gratiæ igitur Dei obedientia se humana non subtrahat, nec ab illo bono, sine quo non potest bona esse deficiat, ac si quid impossibile aut arduum in mandatorum effectibus experitur, non in se remaneat, sed ad iubentem recurrat, qui ideo dat præceptum, ut excite desiderium, et præstet effectum.*

Interim vero cum ista exsicerem, tanta recreabar volupitate, ut nonnisi ægre me aliis similibus quamplurimis referendis abstinerem. Sed ea prætermittere mihi opus fuit, ne lectoris amici abuteret patientia. Cæterum habet sanctissimus noster pontifex Leo quamplurimas alias sententias apostolici vigoris et auctoritatis plenas, quibus non tantum Pelagiani Semipelagianique quandam divinæ gratiæ hostes perstringi et cohiberi potuere, sed alias et alias quæ Calvinum, Jansenium, Quesnellum incommodant et urgent, et eorum turbas proscindunt. Jam vero de aliis Magni Leonis scriptis opus est disseramus, idque sequenti capite potissimum præstare conabimur.

299 CAPUT VI.

De S. Leonis Magni epistolis ad Januarium Aquileiensem episcopum scriptis contra Pelagianæ hæresis fautores. Quesnelli agendi ratio in his epistolis adorandis.

1. Age igitur nunc referam animum ad ea quæ canonice a sancto pontifice Leone pro recipiendis in Ecclesia desertoribus clericis Pelagianam hæresim exscrutantibus sancta fuere. Quarto igitur ejusdem pontificatus anno, nec Romæ, nec per Campaniam Pelagiani erroris sibilus amplius audiebatur. Si qui autem hic aut illuc hujusmodi tincti fuligine adhuc reperiebantur, vel pœnitentiam agentes amare proprios ejurabant errores, aut saltem gravi pœnaruim timore perculti extierius catholicam fidem profligeri simulabant, et quasi quodam velo propriam obtendere impietatem nitebantur. Hocce postremum in Venetorum provincia S. Septimi Altiniensis Ecclesiæ episcopus contingere intellexit, qui cum animali-

vertisset multos suæ diœcesis clericos specie dumtaxat Pelagianam hæresim execrassæ, qui postmodum deinde, in catholicorum societatem cum essent admitti, clam et quasi furtim ejuratam hæresim instaurabant, ea de re statim Romanum pontificem suis litteris fecit certiorem. Septimi autem epistolam temporis injuria intercidisse, tum mihi, tum viris omnibus eruditis persuasum est. Nec enim multo impenso studio ad eam perquirendam reperire possumus. Supersunt adhuc tamen duæ S. pontificis epistolæ ad Januarium episcopum Aquileiensem, Septimi metropolitam, conscriptæ, et ex utraque cum gestarum rerum historia, tum apostolicæ sedis decreta in Pelagianos facililime recognoscuntur.

2. Quod ad priorem epistolam attinet, diu dubium fuit ad quem ex Aquileiensibus episcopis scripta fuerit. Veteres editores, quorumdam forte corrumptum manuscriptorum fidem secuti, Nicetæ nomen pro Januario legerunt. Quesnelli deinde illius epistolæ epigraphem edidit mutilatam, et reliquo utroque nomine, scriptis dumtaxat: *Epistola ad Aquileiensem episcopum.* Sed ea in re secutum esse Crabbum, Picardum, Isidorum, Coloniensem editionem anni 1551 et nonnullos codd., asseverat. Nos autem (ut dicemus in notis) auctoritate adducti daorum exemplarium Vaticanicorum, unius Florentini archetypi, et alterius Vallicellani, optimæ note, Januarii nomen intulimus, suffragante etiam nobis manuscripto Aquileiensium episcoporū Chronicō, quod exstat in Vaticana bibliotheca, signatum num. 5286, in quo ad rem nostram ista leguntur: « Januarius fuit ordinatus anno Domini Jesu Christi 443. Huic Januario episcopo S. Leo scribit, ut episcopi et reliqui clericalis ordinis, de Pelagiana et Cœlestiana hæresi ad unitatem catholicam redire volentes, in suis sedibus non restituantur, nisi publice erroribus abrenuantur. » In eodem Chronicō, a Dandulo conscripto, pariter de eodem Januario legitur: « Hie in Pola civitate Istria natus, et catholicis disciplinis eruditus, et episcopus factus, sus prudentia et doctrina populum sibi subditum, propter instantes persecutiones, multis angustiis circumseptum, ab erroribus conservavit illæsum, in cuius laudem Leo papa sic ait: *Læcis fraternitatis tuae litteris.* »

3. Hisce autem verbis Leo alteram epistolam, qua anno 447 conscripta fuit, orans est, ut nota censori certissime innotescit. Sed cum de canoniciis Leonis sanctionibus in causa de qua agimus prius disserere statuerimus, ab illa sermonem ordiri volumus quæ maxime ad evertendos Pelagianos esset aptissima, et apostolicæ sedis auctoritati gravissima. 300 Ejusmodi vero epistola quinque distinctis capitibus ab auctore Leone fuit divisa; et in priori capite, ut statim ab Aquileiensis metropolite animo omnem suspicionem et scrupulum averteret, Romanam sedem videlicet falsis quorundam rumoribus aures præbuisse, non tantum Septimi episcopi delatoris nomen exponit, sed et accepte accusationi exemplaria huic epistolæ subiecit, atque ad Januarium transmisit. Paucis itaque mala omnia, quibus summi pastoris vigilante occurre opus erat, hinc verbis exprimit: *Relatione sancti et coepiscopi nostri Septimi, que in subditis habetur, agnosimus quodam presbyteros, et diaconos, ac diversi ordinis clericos, quos Pelagiana aut Cœlestiana hæresis habuit implicatos, ita in vestra provincia ad communionem catholicam pervenisse, ut nulla ab eis damnatio propriæ exigeretur erroris.*

4. Suggillat post hæc noster Leo segnem quorundam episcoporum indolem, qui, nimirum dormitantes, Lupos ovium pellibus tectos orile Dominicum intravit, atque contra auctoritatem canonum et decretorum ab ipso editorum, errantibus clericis concederent proprias relinqnere Ecclesias, in quibus clericis accepserant, aut receperant, instabilitatem suam per diversa circumferentes, amantes semper errare, et numquam in fundamento apostolico permanent.

Quot autem, qualiae mala ex ejusmodi canonum violatione in catholicæ societatis detrimentum exoriantur, statim subdit: *Quoniam* (ait) qui nullo [discuso examine, nulli sunt prejudicia sua professionis obstricti, hunc maxime experunt fructum, ut sub velamento communionis plures domos addeant, et per falsi nominis scientiam multorum corda corrumpant.

5. Ad quos vero canones seu decreta a se edita S. pontifex provocare voluerit, nemo hactenus ex tot eruditissimis viris, qui ejus scripta adornarunt animadvertisit vel annotavit. Maximil tamen momenti res est, nec sine gravi animi discordia poterat prætermitti. Ex ea quippe suprema Romani præsulis per universum orbem in ecclesiasticis condendis legibus auctoritas sit explorator; tum deinde quali quantoque honore apostolicæ sedis statuta ab omnibus aliarum Ecclesiastiarum pastoribus suscipientur, plenissime innoteat. Inquirentes nos igitur quid S. Leo iis in canonibus, ad quos provocat, definiat, præterea quae ex Aquileiensi Chronico in precedentibus laudato, cum ex epistola 12, tum ex sequenti 13, illud intelligere possumus. In priori quippe, quæ ad Anastasium Thessalonicensem scripta est, cap. 9, de hisce clericis transfugis et errantibus, hæc habet (a): *Alienum clericum, invito episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo sollicite, nisi forte ex placito charitatis inter daret accipientemque convenierit.* Itaque si contra provinciam res agitur, transfugam clericum ad suam Ecclesiam metropolitanus rodire compelleat. Si autem longius recessit, sui præcepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur. At in altera subsequenti epistola ad episcopos metropolitanos per Achiam provinciam constitutos, de clericalis vita genere et instituto, de sacerdotalis concordia vinculo ab omnibus sacris ministris custodiendo, agens, non tantum quæ ad Anastasium scripserat religiose observari mandat, sed cautum præterea voluit, ut nullus episcopus alterius episcopi clericum sibi audeat vindicare, sine illius ad quem pertinet cessione, quam item evidenter scripta continent, quoniam hoc, et canonum definitivæ auctoritas, et ipsa servandæ unitatis ratio docet, ne omnino ordo ecclesiasticus per hanc licentiam fiat instabilis. [Post hæc autem eosdem Achiam metropolitas hisce verbis apostolico vigore plenis allocutus est: *Altius itaque, fratres charissimi, quæ a nobis pia mentis affectu decorni perspicisci, in pectora vestra descendant, ut nos, qui sollicitè cupimus servare unitatem spiritus in vinculo pacis, præceptionis nostræ fructum percipiamus, et vestræ dilectionis operibus gratulemur.*

301 6. Præterit hic prorsus Quesnellus quæ Leo decernere atque præcipere asseruit, atque ad illas voces conversus: *Quoniam hoc et canonum definitivæ auctoritas, serio inquirit ad quos canones ibi S. pontifex respxerit; sed tandem hærens, vel ad 16 Nicænum, vel ad Sardicenses 18 et 19, immo ad Carthaginensis primi concilii canones S. P. respxisse sibi videri asseverat; sed de consensu scripto tradito nullam mentionem in canonibus haberet, sincere fas-sus est (b).* Quin ergo conjicit eam disciplinam jam primo a Leone suis introductam, cum jam in præcedentium conciliariorum et Romanorum pontificum decretis non reperit expressam? Hæc porro consecutio minime dissimulanda aut prætermittenda erat ab homine qui Leonis vitam et gesta studiose ornare sibi instituerat. Nunc autem illa et alia similia missa facere juvat. Tum enim diligenter ac æque desertius a nobis expedienda erunt, cum, plurimum Vaticano-norum archetyporum auctoritate ducti, de titulis decretorum papæ Leonis numero 49 erit agendum.

7. Jam vero nostri Instituti ratio postulat ut ad Pelagianos, a quibus paululum nostra oratio digressa

(a) Epistola 12, ad Anastasium Thessalonicensem, cap. 4.

(b) Tom. II Operum S. Leonis, in notis et obser-vationibus ad epist. 13, pag. 443.

A est, revertamur. S. Leo itaque altero illius epistolæ capite, ad cohibendam effrenem clericorum Pelagianorum audaciam, hosque ut ad nefarii dogmatis execrationem adduceret, metropolite Januario indixit: *Ut, congregata apud vos synodo provincialium sacerdotum, omnes, sive presbyteri, sive diaconi, vel cuiusque ordinis clerici, qui de Pelagianorum Cœlestianorumque consortio in communionem catholicam ea imprudentia sunt recepi, ut non prius ad damnationem sui coercientur erroris; nunc saltem, postquam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem, quæ et ipsis prodesse, et nullis possit nocere, cogantur.* Ne cuicunque vero audax callidumque consilium animo insidere sub hypocrisie velo notarium illius hæreseos virus occulere, atque ut singulis tergiversationibus et dolis aditum præcluderet, jussit *Ut apertis professionibus suis damnarent superbi erroris auctores, et quidquid in doctrina eorum universalis exhorruit Ecclesia delectentur, omniaque decreta synodalia, quæ ad excisionem hujus hæreseos apostolicæ sedis confirmavit auctoritas, amplecti se et in omnibus approbare plenis et aperiis, ac propria manu subscriptis, protestationibus eloquantur.*

B 8. Quorum quidem verborum vim et pondus praesentientis Quesnellus, ut male susceptæ cause præsidia pareret, annotatis dumtaxat duabus illius vocibus, *Decreta synodalia, cæterisque dissimulatis, integrum S. pontificis testimonium in alium omnino sensum nisus est distorquere, ita subjiciendo (c): « Africanae imprimis Ecclesiae Milevi et Carthaginis pluries congregatæ. Quæ decreta primum a Romanis pontificibus Innocentio, Zosimo, Bonifacio et Cœlestino approbata sunt: deinde ab oecumenica synodo Ephesina irretractabili decreto, una cum gestis a Cœlestino papa, in eorundem hæreticorum condemnationem. » Cujus postrem annotationis vim ut ipse adaugesceret, Ephesinorum Patrum ad Cœlestinum pontificem synodalem epistolam laudat, ea videlicet spe sibi ratus, præcedens assertum magis magisque robore posse. Lepide quidem Quesnellus, qui in unum multa commiscens, sensim apostolicæ sedis elevat auctoritatem et conciliariorum jura supra ipsos Romanos pontifices extollit (d). Sed jam dicat, amabo, an Ephesina decreta in Pelagianos edita, apostolica sedes confirmaverit, an non? Quoquaversum, jam scupulos incurrit; nam si hæc apostolicæ sedis auctoritas non confirmavit, illico ex Leonis verbis sequitur hæreticos Pelagianos ad Ecclesiam redeuntes, apertis professionibus suis, quæ ad excisionem illius hæreseos laudata synodus definierat, minime 302 amplecti debuisse. Nec alia decreta synodalia amplecti se, et in omnibus approbare plenis et aperiis, ac propria manu subscriptis, protestationibus confiteri tenebantur, quam ea quæ ad excisionem hujus hæreseos apostolicæ sedis confirmavit auctoritas. Si autem dicat ista quoque decreta ab apostolica sede fuisse confirmata, jam nec sibi constaret, cum agens de Chalcedonensi synodo neget hanc potestatem Romanis pontificibus inesse; nec irretractabile dicendum est illud *decretum*, quod ante Romani pontificis confirmationem irritum esse poterat.*

D 9. Et quidem qui fit ut Ephesina synodus irretractabili *decreto* præcedentium conciliariorum statuta firmaverit, una cum gestis Cœlestini papæ? Historiam annotator ex proprio suo cerebro confingit. Ea quippe in synodo nullum actum est de robore addendo laudatorum summorum pontificum constitutionibus. Immo ipsi Ephesini PP. veritatis atque justitiae studio adducti, irretractabilis judicij privilegium dumtaxat Romano pontifici convenire a-seruerunt. Synodam enim epistolam hisce verbis ordiuntur..... *Est enim hoc vobis adeo magnis in more positum, ut in*

(c) Epist. 6, cap. 2.

(d) Quesnellus, tom II Operum S. Leonis, pag. 433, col. 4.

omnibus celebres sitis, studiaque vestra Ecclesiarum fundamenta constitutis. Non haec Ephesini Patres fidelitatem arroganter tibi tribuerunt, sed aiunt: In more positum, ut Romani pontifices in omnibus celebrassint studiaque sua Ecclesiarum firmamenta constituerint. An insipieandam erit laudatos Patres conciliorum generationum jura ignorasse? Ita videlicet jura quae in sequentibus seculis a quibusdam pseudognosticis confitentur? Ignorarunt, inquam, quia divino afflato Spirito, ita a Romanorum pontificum notibus, commentatoris atque decretis penderant, ut nedium grave factus ab his vel testis resilire putavimus; verum enim, gravioribus exortientibus causis, apostolicam sedem tamquam veterarum Ecclesiarum matrem atque magistrum perpetuo habendum esse, et docuerint alii crediderint. Incassum itaque Quesnelles sibi effigium portare studuit, ad illa verba provocans, quibus Ephesini PP. cum synodicam epistolam claudunt. dicens: Porro autem, perfectis a sancto synodo Commentorio Actorum in damnatione impiorum Pelagianorum et Cœlestianorum, Cœlesti, Pelagi, Juliani, Flori.... que a pietate tua de ipsius decreto et constituta sunt, judicavimus et nos ea solida, firma permanere debere, et idem omnes tecum statuimus, eos pro depositis stre administris habentes. Et quid effigii ex hisce parabit, eum novos scupulos offendens, in ilios quoque incidit, quibus magis atque magis obstrangitur?

10. Ea enim in synodo Actorum Commentorio in impiorum Pelagianorum Cœlestianorumque condemnationem lata, sumptuosa facta et publicata fuere; et PP. illi ea quae jam Celestinus papa decreverat, firma et solida esse affirmavunt. Quid inde vero? Num proprietas sibi formidem Actorum fecit, vel unanimis illi PP. consensus, quo pro depositis et damnatis vobis non haberentur quod Romanus papa-fex damnaverat et deposituerat, tanti roboris esse posuerunt, ut firma et irrefragabili apostolice sedis decreta redderentur, si talia re ipsa non fuissent? Novum plene versatissimum commentum. Quod ut cum summa sui actoris ignorancia eripiamus, S. pontificis Cœlestini superbiam ei simili in iis ad concilium dirigidis Actis opis erit animadversarius. Neque enim Romanus pontifex per eos legatis ad concilium ejusmodi gesta ut robur et firmitatem acquirerent transmisit, sed dimicata ut magis evulgarentur et ceteris executioni tradicerentur. Directus (alt) pro nostra sollicitudine distinctos fratres, et consacerdoles nostros unanimes nobis, et probatissimos viros Arcadium et Projectum episcopos, et Philippum presbyterum nostrum, qui ibi que adjunguntur intermixti, et quae ante a nobis statuta sunt, exsequuntur; quibus praestandum a sanctitate uestra ratione dubitamus assensum (a). Nullus itaque hic sermo est de apostolicae sedis statutis firmandis, 303 sed solumente de iis consequendis; quod minus cum ad insertiores et subditos speciei, minime affirmandum est Cœlestini papæ gesta in Pelagianorum condemnationem ab Ephesini Patribus robur et firmitatem omninō potuisse. Alioquin omnes imperatorum, regum, supremorum magistratum constitutiones et iura, ab his in robore et firmitate maxime penderent quibus eorumdem executionis cura demundari solet.

11. Multa præterea de Africanis, Milevi et Carthaginæ canonibus nosset Quesnellus comminiscitur. Multa de Innocentii, Zosimi, Bonifacii decretis, quae ab eadem Ephesina synodo irrevocabili sanctione confirmata asseverat. Sed quid in scenam novalor afferit? Milevi imprimis concilii Patres nullos prorsus edidisse canones, iam sapientiores theologi ex synodica ad Innocentium papam intellexerunt, ut in superioribus etiam, ex Dionysio Petavio, observavimus. Nam cum laudati Patres apostolicam sedem super impias Pelagianorum disputationes consultam voluisserint, ne ipsis ad negligenter culpam silentium ver-

teretut, primo nova heresos figura, sine ultra prorsus verborum exaggeratione, indicant; tum errorum architectos in Ecclesia sanari maluisse, quam desperata salute ab Ecclesia ressecari, si necessaria nulla compelleret, asseverant. Falsitatem igitur impietatemque maximam in Pelagianorum dictis subcliverunt, nec tam hereses principibus anathemata dixerunt, sed eorum iudicium apostolicum sedi reservandum judicarunt: Quia te Dominus (ita episcopi illi apud Milevum congregati epistolam suam ad Innocentium ordiuntr) gratia sue præcipuo munere in sede apostolica collocavit, taliter nostris temporibus præstisit, ut nobis potius ad culpam negligenter valeat, si apud tuam reverentiam que pro Ecclesia sunt suggerenda taciturnus, quam ea tu possis vel fastidiose vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastorem diligentiam, queramus, adhibere digneris. Et in fine ejusdem epistole ita eundem pontificem Innocentium compellant: Sed arbitramur (adjacente misericordia Domini nostri Iesu Christi, qui te et regere consulerem et orantes exaudiere dignatus) auctoritati sanctitatis tuae de clero Scripturarum lumine depropria, facilius vos (qui tam perversa, et perniciosa sentiunt) esse cessures, ut de correctione petit coram graduenter, quam contristemus intentis, beatissime pater. Hoc Milevitani Patres ad S. Innocentium scripsero, ex quibus non tantum nullos tum editos canones, sed nec de his condendis cogitationes falsas, perspicue intelligimus.

12. Denus tamen præcedentem epistolam non percorrisse Quesnelli, sed, aliquam persuasionem deceptum, vanos hos qui sub Milevitani concilii nomine circumferunt genuinos existimasse. Quare igitur deinde, multa auctoritate adductus, confundit hos canones ab Innocentio primum, tum ab Episcopis synodo irrefragabili dovere fuisse firmatos? Sibi ergo effutendi magnam licentiam vindicat Quesnells, ut quodcumque pontificie auctoritati et Ecclesiæ regimini maxime repugnans suo iure audet defendere. Sed ut Carthaginem conciliorum canones in eamdem Pelagianam heresim prodatos jam nostra se venen opatio.

13. Quid novæ igitur econstituite in his habetur? Nulli prorsus, quod apostolice sedis laudes auctoritatem, immo sexaginta septem episcopi, qui post Diopolitanam synodum apud Carthaginem anno 419 convenere, que in Pelagianam secundo definierant præienda salute multorum, et quorundam perversitate corridentia, prorsus infirma esse dixerint, nisi ad illi robur adjiciendo supremam apostolice sedis auctoritatis accederet. Hoc itaque (dum Patres Carthaginenses ad Iohannenthū) gestum, domine frater, fiducie charitatis tuae intramandatum duxit, ut statutis nostris mediocritatis etiam apostolice sedis adhibeat auctoritas, pro tuenda salute multorum et quorundam etiam perversitate corrigennda. Hujus 304 porro concilii Acta excidisse, synodorum collectores annoverant. At vero cum inter Augustini epistolas, tum in Concilio collectione, Innocentii pape ad Carthaginenses et Milevitani Patres rescripta asservantur, quibus hand dubie constantis nihil, nihilve firmius pro Romanæ sedis iuribus asserendis desiderari potest. Quare hic minime præterire possumus quae Quesnells omnino dissimulavit, ne ejus causa pessum iret. Igitur Innocentius primo Carthaginem patrum religionis vigorem laudibus ornat, quod non minus nunc in consulendo, quam antea cum prouinciaretis, vera ratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbatis esse iudicium. Scientes (subjungit) quid apostolice sedi, cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum, debeatur, a qua ipse episcopatus, et tota auctoritas nominis hujus emersit; quem sequentes tam male jam damnare norimus, quam probare lassanda. Vel id vero quod, Patrum instituta sacerdotali officio custodientes, non censemus esse calcanda, quod

(a) Exstat tom. III Conc. p. 470, eamque variis et eruditis notis Sirmonius adornavit.

illi non humana, sed divina decrevere sententia, ut videtur quoniam de disjunctis remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum nisi ad hujus recte notitiam perveniret, ut tota hujus auctoritate justa quæ fuerit pronuntiatio firmaretur; indeque sumerent recte Ecclesie (veluti de natali suo fonte aquæ sive procederent, et per diversas totius mundi regiones puri sapientis incorrupti manarent) quid præcipere, quos abluere, quos veluti in cœno inmundabilis sordidates mundis digna corporibus unda vitaret.

14. Hoc ergo verbis Quesnellus se jugulatum esse non sentit? Animadverta, amabo, tria in his verbis jacula contineri, quæ eum confundunt, omnesque sue versutæ machinas impetum atque subvertunt. Primum videlicet episcopatus nomen, omnemque illius auctoritatis rationem ab apostolica emergere sede, cui de fidei causa judicare semper fuerat reservatum. Secundum, *Sanctos Patres non humana, sed divina decrevisse sententia ejusmodi causas, quamvis in disjunctis remotisque provinciis agitatas, non prius ducent finiendas, nisi ad hujus sedis notitiam pervenirent, ut tota hujus auctoritate justa quæ fuerit pronuntiatio firmaretur.* Tertium denique, cæteras omnes Ecclesiæ ab hoc unico apostolicæ sedis fonte catholicam haurire debere doctrinam, ex qua tamquam ex puro capite Christi et apostolorum sapientia dimanat. Nonne itaque tria haec Quesnelli commenta plane rescindunt? Quorsum fieri potest ut omnes cæterarum regionum Ecclesiæ in unum per pastores congregatae apostolicæ sedis sanctionibus tribuant firmatatem? Impossibile id enim est. Nam nec membra capiti, quo dependent, vim et robur adjiciunt, nec rivulorum aquæ fontium a quibus deducuntur nitorem atque dulcedinem possunt augere. Arenæ ergo semina mandat Quesnelli, conligens Romanorum pontificum decretâ in Pelagianam sobolem edita Ephesi concilii sanctione irrevocabilia effecta sui-se.

15. Sed jam hujusmodi tricæ prætermittamus, luctulentius denio de iisdem acturi, cum ad resellendas non absimiles Quesnelli contentiones, de Chalcedoniensi concilio sermonem habebimus. S. Leo itaque catholica de gratia Christi dogmata tertio jam ejusdem epistolæ capite exponit, atque Apostoli testimonio, ad Ephesios 11, 8, innixus, talem tantamque humanae naturæ originali labore sauciata infirmitatem inesse exagerat, *ut quævis bonorum operum donatio divina sit præparatio, quia non prius quisquam justificatur virtute, quam gratia, quæ unicuique principium iustitiae, et bonorum sors, atque origo meritorum est.* Eudem Januario præterea, capite quarto sequenti, optimi vigilis partes accuratius obeundas commendat, ne per hujusmodi homines extincta dudum scandala suscitentur, et de exciso olim dogmate aliquid in Aquileiæ provincia ejusdem mali germen exoriat. Tum ecclesiastica disciplina rigorem erga Pelagianos ponentes aliqua ratione volens moderatum, perficie **305** correctos, datis prius sincera obedientia signis, in Ecclesiam retineri mandat. Eos vero qui, indulgentia abutentes, Romanæ sedis præcepitis erant reluctanti, et clerialibus ordinibus primum dejectos a catholicorum societate procul amandatos desinavit.

16. Quinto demum capite illam ecclesiastica disciplina partem in integrum revocat, qua olim cum a SS. Patribus, tum a se ipso fuerat stabilitum: *Ut nec in presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, nec in subsequenti officio clericorum ab Ecclesia ad Ecclesiam cuiquam transire sit liberum.* Qui autem, quovis ductus colore, ubi ordinatus est perseverare renuerit, ita ut, sua quærens, non quæ Jesu Christi, ad plebem et ad Ecclesiam suam redire neglexerit, et ab honoris privilegio, et a communionis vinculo habeatur extraneus. Atque hanc epistolam claudens, gravioribus usus verbis sincere fassus est se vehementius commovendum, si quæ pro custodia canonum et fidei integritate decreverat, negligenterunt: *Quia inferio-*

rum ordinum culpas (ait) *ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sepe nutriti pestilentiam, dum austrioren dissimilatu adhibere medicinam.* Nocce S. pontificis decretum postremum obtinet locum in manuscripta illa collectione, quæ in Vaticinis codd. inscribitur: *Tituli decretorum papæ Leonis.* Numero enim 49 legitur: *Leo episcopus, de conservatione et disciplina canonum, ne indebet et inordinate ad clericatus aliquis præsumat accedere.*

17. Landata hactenus epistola consulari nota cum caret, omnibus sere præcedentibus scriptoribus ut scopolos offendenter præbuit occasione; quos latenter difficile nos declinare poluissemus, si eam cursum et properanter (ut fieri solet) legissemus. Ad Quesnelli opinionem quod attinet, censuit, ad nullum aliud tempus referendam quam ad 444 (a). Quesnelli autem subscripterunt Dupinius, Tillemontius et novissime R. P. Bernardus de Rubeis Dominicanae regularis familiæ cultor eximus, in celebri opere *De Monumentis Aquileiensis Ecclesie.* Serius autem eam epistolam scripsisse eminentissimus cardinalis Norisius asseverat, dicens: *Cum epistola ad Januarium anno 447, et quidem ante quartam que Januario eidem inscribitur, fuisse exaratam.* Nos vero, quin alterutram in partem moveamur, adhuc tamen genuinum hujus epistolæ tempus indicabimus. Nam, ut antea observatum est, S. pontifex primo et quinto hujus epistolæ capite Januario canones jam alias a se editos pro clericis hæreticis recipiendis observari mandat. Ejusmodi porro canones cum in duodecima, tum in tercia decima epistola expressos legamus, idcirco sequitur epistolam quæ in Quesnelli editione sexto loco ponitur, duabus illis, videlicet duodecima et tertiadecima esse posteriorem. Duodecim autem epistolam, quamvis consulari nota careat, tamen in annum 445 rejiciendam esse evidentissime ex altera sequenti intelligitur, quæ cum ad episopos metropolitanos per Achiam provinciam fuerit scripta octavo idus Januarii, Aetio et Symmacho viris clarissimis consulibus, qui est Christi annus 446, et in ea mentionem habeat de iis quæ in precedentibus ad Anatasiū scriperat; ideo duodecima ad annum 445 referenda est. Quesnelli ergo, Tillemontii aliorumque opinio affirmantium sextam epistolam anno 444 fuisse a S. Leone exaratam, non tantum nutat, sed prorsus concidit, et propterea verisimiliorum Norisii sententiam esse arbitramur, quæ in annuui 447 eam rejecit.

18. Neque obest alteram Leonis epistolam ad Januarium eodem anno scriptam fuisse. Quid enim? Repugnatne Romanum pontificem duodecim mensium spatio duas ad euidentem Italæ episopum, gravissima urgente causa, ut isthac erat, epistolas mittere posuisse? Nonne postrema conscripia **306** fuit anno 447 exente? data quippe est in *kolend. Januarii, Alipio et Ardubare viris clarissimis consulibus.* Potuit ergo pontifex priorem epistolam ad Januarium scribere vel in exordio, vel circa ejusdem anni medium, præsentum cum tanta non sit ab Urbe ad Aquileiam itineris distantia, ut etiam quinque aut sex mensium spatio plurium eos inter litterarum commercium intercedere non potuerit. Ex quibus constat neque has conjecturas infirmari, etiam si altera ad Jandarium epistola *kolend. Julii* edita fuisset, ut plerique manuscripti codices habent. In re tamen hac exploratis diutius haud immorabor.

CAPUT VII.

De aliis atque aliis scriptorum opinionibus circa præcedentes S. Leonis epistolulas. Nostra autem statuitur.

1. Ad graviora igitur nostro sermone converso, quid recentioribus scriptoribus tantarum disceptationum causam dederit, paucis indicabimus. Ut itaque

(a) Quesnelli, tom. II Operum S. Leonis, ad epist. 6, pag. 430, colum. 11.

scriptores in diversas opiniones abirent, causam ob-tulerunt unius atque ejusdem epistolæ duo exemplaria. Unum Septimio Altensi episcopo, alterum Jam-mario Aquileiensi inscriptum, quod prorsus a S. pon-tificis eloquentia doctrina et scribendi ratione alienum judicarunt. Qua deinde rati persuasione, alterutrum veluti spurium et suppositum rejeciendum esse acerrime contenderunt. Norisius tamen, libro II Pe-lagianæ historiæ utrumque exemplar Leoni adjudicavit, scribens: « Nam cum Januarius Leoni rescripsisset, accepta videlicet priori illa epistola (de qua nos in præcedentibus), se omnia ex ipsius mandato acturum, cogendo hæreticos ad publicam erroris de-testationem, voce ei scripto insuper firmandam, Leo binas ejusdem exempli litteras misit ad Septimum, quibus ei significabat quæ Januario mandasset, et ad Januarium, quibus gratulabatur quod imperata prompte fasessebat. » Cum autem hæc scriberet Norisius, se nondum in scenam Quesnellus produxerat. Is namque in postrema Operum divi Leonis editione, libratis utriusque epistolæ notis et characteribus, a priori sensu recedens, multo opere ejusdem emi-nentissimi Norisii conjecturas impedit atque refellit, contendens hujus epistolæ exemplum Altensi episcopo inscriptum multa suppositionis argumenta præseferre, et idcirco falso omnino nostro pontifici esse adjudicatum.

2. Alter autem Joseph Anthelmius ratiocinatus est, cum censuit omnia suppositionis argumenta a Quesnello prolatæ contra epistolæ exemplum Altensi episcopo inscriptum, retorquenda esse potius in aliud exemplar Januario Aquileiensi nuncupatum, istudque tamquam spurium et apocryphum esse rejiciendum. Nodum igitur quoquoversum dissolvendum nos offendisse quis non videt? idque ea maxime de causa, quod posteriores clarissimi scriptores, Tille-montius, videlicet, Dupinius, Pater Bernardus de Rubeis et alii, si qui sunt, aut in alterutram partem moventur, aut saltē, nihil prorsus desinentes, sus-pensi hærerè maluerunt quam temere quidquam asseverare, temporis decursu inde sperantes veritatem nondum satis compertam, uberiori monumentorum copia aliquando accedente, clarius esse patefacien-dam. Interim autem conjecturis minime aberrasse Norisium asserere ausim, qui scripsit utrumque illius epistolæ exemplar ex Leone prodiiisse, quorum unum re ipsa Januario inscriptum, alterum Septimio Altensi, ut forte is inde inteligeret, tum metropolitam Januarium omnes sui studii nervos in Pelagianorum clericorum exitium intendere, tum ipsum Romanum pontificem Leonem, apud quem Pelagianos 307 clericos Aquileienses Septimus postulaverat, quæ jam ad fideli integratæ necessaria videbantur præcepisse. Ejusmodi porro sensum Norisii verba paulo ante laudata, etiam absque ulla insipientia aut fictio-nis nota subire posse nobis persuasum est. Nec in-solens, neque a Leonis agendi consuetudine aliena isthac economiae ratio judicanda est. Siquidem accepisti a Septimio Altensi epistolis circa Pelagianam luem in Aquileiæ provincia grassantem, harum exemplar Januario metropolita transmisit, ut prior-in ad hanc epistolam iis verbis orsus sit: *Relatione sancti fratris et coepiscopi nostri, quæ in subditis habetur, agnovimus quosdam presbyteros, diaconos* (a). Quare igitur huic exemplo insistendo, alienum a Leonis agendi ratione judicabitur, ut is accepto Januarii rescripto, istud pariter una cum quartæ decimæ, seu postremæ epistolæ exemplari Septimio commi-serit, ea de causa potissimum, ut is quoque sui me-tropolitæ fidei vigorem, pastoralem curam, et apostolicæ sedis monita, atque sanctiones apprime cognosceret? Oportebat profecto Leonem ad Septimum, a quo præcedentem relationem acceperat, rescribere; et tunc præsentim, cum, jam lectis Januarii litteris,

A *vigorem fidei, quem olim noverat, probavit, et pro-terea summi pontificis economiae ratio esse potuit, ut quemadmodum prius Septimii relationem, ut jam diximus, priori sua epistola Januario provinciæ Aquileiensis metropolite commisit; ita, accepto hujus responso, et istud Septimio commiserit, subiecto illi hujus postremæ epistolæ exemplari, ut hactenus gesta, et quæ in posterum executioni demandanda erant pro coercendis illius provinciæ Pelagianis, prænoce-ret. Cæterum ego nefas fore arbitror suspicari se-cundam hanc epistolam de qua agimus, ad Januarium conscriptam, commentitiam esse. Eam enim tam-quam genuinum Leonis fetum laudat antiquissimus collector Dionysius Exiguus; eam ut genuinam Ec-clesia Aquileiensis semper in suis archivis asserva-vit, ut ex manuscripto Vaticano Chronicæ nos ipsi-jam diximus: atque denique isthac habet omnes no-tias et characteres quibus non alicui suffraganeo, sed provincia metropolitæ eam datam fuisse sufficien-tiæ innoscet.*

B *3. Verum cum hisce conjecturis adhaereo, minime insiciabor alterum exemplar Septimio commissem, et in Altensis Ecclesiæ archivis quandoque foris repertum, aliquam corruptionis fraudem fuisse pas-sum. Istud suos habet nœvos, ex quibus laudati scrip-tiores aliqua suppositionis indicia in eo subole-re contendunt. Cujusmodi illa sunt: Ad metropolitatum episcoporum provinciæ Venetiæ scripta direrimus; vel alia illa, quæ immediate subduntur (b): Quibus ad status sui periculum cognosceret pertinere, quæque, auctore Quesnello (c), nec ætatem, nec stylum S. Leonis redolent, quamvis re ipsa illius generis non sint, ut etiam ab omni suppositionis nota vindicari non possint. Ac primum Altinum urbe florentissima olim fuit in Venetiæ littore aedificata, ut ex Plinio, Martiali, Tito Livo, atque antiquis geographorum tabulis exploratur est. Quare commode verba illa, ad metropolitatum.... provinciæ Venetiæ, poterunt usurpari ad clarius designandam provinciam in qua situm erat Altinum, præsertim cum Leonis ævo me-tropolitanus Aquileiensis, non unius, sed plurium provinciarum urbes et episcopos sibi subiectos ha-beret. Sedem deinde episcopalem Altinum habuisse, conciliorum Acta abunde testantur. Siquidem Aquileiensi synodo, anno Domini 381, sub Damaso papa coacta, inter cæteros episcopos Italos, Gallos et Pa-nonicos, qui illuc convenerunt, Heliodorus quoque episcopus Altensis interfuit. Anno Domini præterea 579 coacta apud Gradum synodo, ad eam convenit Altensis episcopus. Quinto namque loco legitim: Petrus episcopus sanctæ Ecclesiæ Altinatis his gestis subscripsi. De qua synodo egit Ughellius tom. VI Italia*

C *308 Sacra. Acta quoque pseudosynodi Maranensi hujus Petri Altensis habent mentionem, ut constat ex Paulo diacono, lib. III, cap. 27, quando videlicet anno 589 Severus patriarcha Aquileiensis sui erroris obtulit libellum. Quare maxime allucinari Quesnel-lum asserendum est, qui audientius scriptis (d): « No-tia episcopalis sedis Septimiæ æque obscura manet ac si nunquam hæc epistola innotuerit. Septimio eam sedem attribuit impostor epistolæ artifex, qui in mentem venit, ac prout fraudis suæ consilio me-lius conducere putavit. Revera nihil ab Ughellio de Altensi hujus nominis episcopo in antiquis monumen-tis inventum, quandoquidem de eo nihil in Italia Sacra legitur. » Quam lepide imponit Quesnellus, qui pro asserenda Septimio Altini episcopali sede ex Ughellio testimonium exposcit! Si enim, Dandulus secutus, sermonem dumtaxat orditur ab excidio ur-bis Altini, quando videlicet Paulus hujus urbis epi-scopus sedem transtulit Torcellum. Sed hac in re cum Dandulus, tum Ughellius lapsi sunt. Siquidem eam translationem ab episcopo Paulo anno 651 fa-clam contendunt, quem mense sequenti obiisse asse-*

(a) Epist. 6, ad Januarium.

(b) S. Leo, epist. 7, cap. 1.

(c) Quesnellus, tom. II, pag. 432.

(d) Ibid., pag. 437, col. 1.

verant. Nos tamen in Actis Romani concilii sub Agathone pontifice legimus : *Paulus episcopus sanctæ Ecclesiæ Altinensis provinciæ Istriæ, in hanc suggestiōnem, quam pro apostolica nostra fide unanimiter constraximus, similiter subscripsi.* Hoc autem concilium Romæ habitum fuisse anno Domini 680, nemine latere arbitror, nec aliis quisquam hujus nominis episcopus in Ughelliano catalogo recensetur. Neque pariter obsunt duæ illæ voces, *Istriæ provinciæ*: nam antea, Italæ rebus afflitis, et vivo adiuv Leone ob-sidione capta Aquileia, soloque ab Attila Hunnorum rege æquata, tum *Gothorum* incurso et ceterorum Barbarorū furore quinto labente sèculo iterum quassata, atque demum anno 579 Aquileienses episcopi *Longobardorum nefandas gentis flagella minime sustinere valentes*, Romani pontificis Pelagii decreto et auctoritate, metropolitanam illam sedem Gradum transtulerunt, et tunc *Gradense castrum totius Venetiae et Istriæ metropolim*, suffraganeis consentientibus episcopis, factum fuit (a). Quod si novæ Aquileiæ episcopus provinciarum Venetiae et Istriæ metropolita appellabatur, cur iisdem nominibus insigniri non potuit antequam vetus Aquileia tot clades subiret? tum quoque Aquileiensis antistes provinciæ Venetia-run verus erat metropolita.

4. Nullam præterea olen suppositionem verba illa, quibus ad statum sui periculum cognosceret pertinere. In Leonis utique statu et stylum optime quadrare li minime ibunt initias qui norunt vel Leonem sexta epistola ad Januarium scripsisse (b): *Nou autem dubitet dilectio tua, nos, si (quod arbitramur) neglecta fuerit quæ pro custodia canonum et pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos.* Totidem verbis utitur etiam in quartadecima epistola, quæ quidem minas et futuram pontificis indignationem indicant, si Januarius metropolita apostolicae sedis decreta negligenter ac contemptui tradidisset. Nec enim primorum Romanorum pontificum auctoritas in corrígenda coercendaque inferiorum episcoporum dissidia atque defectibus angustis finibus concludebatur, ut eos dumtaxat comprehendenderet qui ad synodum Romanam tunc pertinebant, vel ad eos qui ab eodem Romano pontifice ordinabantur, ut effutivit Quesnellus (c). Longe enim lateque in universi orbis episcopos diffundebatur, ut eos Romani pontifices admonerent, corriperent, atque communione privarent; quod sexcentis exemplis ex Leonis prædecessoribus asserere possemus, nisi nostra hæc dissertatio longius quam par est progrederetur. Percurrat, amabo, Quesnellus, dumtaxat, quæ nositer Leo habet in epistolis ad Anastasium Thessalonicensem, 309 ad Flavianum et Anatolium Constantinopolitanos, Juvenalem Jerosolymitanum, ad Turribium Asturicensem, ad Viennensis provinciæ episcopos, ad Theodoritum Cyri, qui omnes quidem, nec ad Romanam synodum pertinebant, nec a Romanis ordinabantur pontificibus. Eos tamen aut corripit, aut admonet, aut communione privat, vel absolvit, e sedibus dejeicit, aut iisdem restituit, quæ argumento sunt (d). *Quod de forma episcoporum quoque est orta distinc-tio, et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli quorum inter fratres haberetur prima sententia, et rursus quidam in majoribus urbibus constituti sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis Ecclesiæ cura confluere, et nihil usquam a capite dissideret.* Ex quibus aliquisque gestis istuc Quesnelli assertum cadit: *hujusmodi minis Leonem uti vel consueuisse in metropolitanos episcopos.* Ab iisdem vero haudquaquam se Leo abstinuit, causas cum episcopis Orientalibus agens; quanto magis igitur iisdem uti potuit negotium cum

A Aquileiensi metropolita Romano patriarchatui immediate subiecto pertracturus?

5. Verum se adhuc in scenam Quesnelli reducit, contra Norisium contendens suppositionis esse argumen-to quod duo illa exemplaria adamussim sibi non respondeant. In altero autem, Januario nuncupato, nonnullæ voces, quæ necessariae videntur, fuerunt excisa: *Quales sunt istæ, de Pelagianorum et Celestianorum consortio.* Deinde, subjicit, de redeuntibus ab heresi clericis aliqua decernuntur in epistola ad Januarium quæ in altera non apparent, ne, videlicet, ad superiorum ordinem promoveantur, sed in eo quem adepti sunt perseverare sinantur. Ilac in re a Quesnelli critice omnino non abhorreo, idcirco tamen Norisianas conjecturas labare aut concidere minime inducor ut credam. Nam quæ a Quesnello objiciuntur argumento dumtaxat esse possunt alterutrum illius epistole exemplar aut vulnus quoddam esse passum, aut aliqua mantissa adauctum, quæ quidem haud facile cognosci possunt, potissimum cum vetustissima intercidenter exemplaria, quorum subsidio purior et castigator ea epistola in lucem prodiret.

CAPUT VIII.

Divi Leonis epistola 14, ad Januarium Aquileiensem, ad examen revocatur, et Quesnelli nugæ rejiciuntur.

1. Ne quidem eorum quidquam prætereramus quæ ad Leonis contra Pelagianos gesta pertinerent, novissimo loco argumentis epistole quartadecimæ dumtaxat opus est insistamus, quam ad Januarium episcopum Aquileiensem scripsit. Sed in primis minime verendum est Januarium adamussim Leonis mandatis non obtemperavisse. Cumulatus enim in corripiendos Pelagianos clericos operam impendisse, ex ejus rescripto Leo intellexit. Quare, ad augendam magisque illius vigilis pastoris curam excitandam, S. pontifex eidem gratulatur *quod ad custodiā gregis Christi pastoralement curam vigilanter exsequeretur*, ne lupi, qui sub specie orium subintrarunt, bestiali saevitia simplices quosque dilacerarent; et non solum ipsi nulla correctione proficerent, sed etiam ea quæ sunt sana corrumpent. Ejusmodi porro phrasi Pelagianos taxare et impetere S. pontificem voluisse, haud ambigendum est. Simili namque allegoria totidemque fere verbis, sextæ epistole primum caput orsus est, ut ipsi in præcedentibus annotavimus. Subdit deinde *ad animæ periculum pertinere, si 310 quisquam de his qui a nobis in hæreticorum et schismaticorum sectam delapius, et se ultcumque hæreticæ communionis contagione maculari, resipescens, in communione catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur.* Cum autem hisce malis cuperet mederi, saluberrimas Januario regulas observandas prescripsit; videlicet, ut clerici Pelagiani juxta canonum constitutionem, omnem majoris promotionis spem amittant, sed in quo inveniuntur ordine stabilitate perpetua maneat, si tamen iterata tinctione non fuerint maculati.

2. Postremis hisce verbis Quesnelli insistens, ista annotando subjecit: « Hanc exceptionem addit forte, attendens canones Africanos, cuius 27 collectionis Africana legitur: *Neque permittendum, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur.* » Lepida annotatio suo quidem auctore digna. An ergo censendum apostolicam sedem in rebaptizatorum causis Africanos canones attendere voluisse aut potuisse? qui id fieri potuit, si jam diuinus ab Africanis episcopis, rebaptizantium errore propugnato, schisma magnum horrendumque confitatum fuerat, quod non nisi sub nova baptismi collatione homines, vel ex heresi ad Ecclesiam venientes, vel ab hæreticis baptizatos

(a) Gradense concilium, tom. VI Conc., p. 651.

(b) Pelagii epist., tom. VI Conc., pag. 652.

(c) Tom. II Operum S. Leonis, pag. 452, colum.

2, num. 3.

(d) S. Leo, epist. 12, cap. 11.

reciperent? Sed eum errorem maxima sollicitudine apostolica sedes præcavere atque delere laborans, quemadmodum rebaptizantibus communicare de retabat, ita nec ipsos rebaptizatos ad sacros clericales ordines promovere sinebat, ut a simili lube ratiocinari. Clynicus siquidem (hoc est qui baptizabantur in lecto), codem saeculo, quamvis nullo sacrilegio ut rebaptizati labefactarentur, tamen per ecclesiasticam legem a Cornelio latam, ut ait Eusebius (a), a sacrificiis altaris ministeriis arcebantur. Multo magis igitur hocce irregularitatis vitio seu impedimento obstrin-gebantur qui iterata tinctione fuerint maculati, præsertim cum eo saeculo, sub Cornelio primum, tum sub Stephano, Romanis pontificibus, eadem rebaptizantium questio jam sopita, iterum tum apud Afros recruduerit.

3. Demus tamen nihil ab hisce dñobus pontificibus fuisse definitum; quid inde? Dissimulabit forte Quesnellus quæ Romana synodus sub Damaso papa sanctum ivit? Dolendum quidem est Acta illa ad nos non pervenisse, sed supersunt illorum Parvum syno-
dœ litteræ, quibus per Africani rursus sacrilegos rebaptizatores grassatos esse intelligimus, quos eti-
Gratiani et Valentiniæ imperatorum auctoritas expulset, tamen ab expulsis Claudio anno 363 fuerat ordinatus, et ad perturbandam Romanam quasi episcopos destinatur (b). Cum itaque Romani concilii PP. ab utroque faciore abhoruerint, a rebaptizatore, vi-
delicit, et a rebaptizatorum ordinacionibus, qui fieri potuit ut iam ipso Romana Ecclesia irregularitatis leges in rebaptizatos non obtinuerint? Ex hoc uno proposito ariete prorsus cadit subdola Quesnelli annotatione, qua sensim velle persuasum lectoribus apostolicam se-
dem quandoque aliarum Ecclesiarum factam pedisse,
quam, ut leges, canones ab iis fuerit mutata. Occa-
sionem deinde arripere suam consilgendi ex suo ingenio argumenta, quibus Romana Ecclesia adju-
dicare possit illam canonum codicem quem ipse altero anno Leoninoquin Opervm publici juris fecit, notis et dissertationibus adornatum. Sed aprius
deinde impostor adverterat, Romani concilii synodica-
cam tum fuisse ad imperatores scriptam, quando de Africano 27 illo canonum nondum fuerat excogitatum; illa enim referenda est in annum 378 et laudatus canon editus fuit in concilio quinto Carthaginensi anno 398 coacto. Verum si non Quesnelli his fidem adhibere vult, Basilio saltem subscriptat, qui in epistola ad Amphilochium, cap. 47, 311 Romanaam Eccle-
siam in rebaptizatorum causis suis habuisse canones asseverat.

4. Sed jam ad Leonem revertiamur, qui, antequam epistolam clauderet, Januario primo ob fidem vigorem gratulatur, tum alia nonnulla exsequenda suggerit, ob quæ in maximam contentiopum tempestatem idem Quesnelli jam excitavit. Aquilensis itaque episcopo S. Leo præcepit ut curam suam apostolicæ sedis dispositionibus jungat et dei operam ut circumspice atque velociter implantur quæ ad ipsius Ecclesie incolumentem et laudabiliter suggesta sunt atque ordinantur. Censorum stylum hic Quesnelli stringit, gravius in libri auctoreum inveneremus qui de episcopis canonice judicandis inscriptius est. Miror (ait) supinitatem scriptoris duplii istius et quartæ epistole loco alibiens. Canonas, inquit, de non promovendis ad superiorum clericatus gradum his qui ab heresi ad communionem catholicam rever-
tuntur pro universa ubique Ecclesia conditos fuisse testantur hæc Leonis verba: dei operam ut circum-
spice. Quia vero illius libri auctor subjaceret: « Nec inter Nicenos canonem ejusmodi inveniuntur, nec in toto Justelli codice reperiuntur; etiam igitur præter Nicenam decreta alia quatuor, quibus et Januarium astringi solebat S. Leo, quæque universæ Ecclesie in disceptandis rebus ecclesiasticis in usu

(a) Eusebius, lib. I Hist. Eccles., cap. 32.

(b) Epist. Rom. conc. ad Gratianum et Valenti-

A erant. Quia hæc, inquam, laudatus auctor subjec-
rat, idcirco Quesnelli clementius eum impetrans,
hæc addit: « Quænam hæc hominis oscitatio, ut de canonibus verba hæc interpretari voluerit. Nonne sole meridiano clarius est legenti ea, quæ laudabili-
ter suggesta esse dicuntur de litteris vigore fidei pleni-
nis, quas scripserait Januarinus, ad S. Leonem esse
intelligenda; quæ vero salubriter ordinata, de hoc
ipso S. Leonis scripto quo canonum constitutiones
præcipit custodiri? » Cum igitur Quesnelli hisce
verbis laudati libri auctorem insecatius, quamplu-
rima alia simul congerens, ut Leonis verba in ali-
num sensum disforqueat, longius a propositione que-
stionis scopo abscedit. Nec enim vetustissimum
Ecclesiæ consuetudinem, nec ejus caripes pro re-
piendi hereticis paenitentibus receperunt, cum pale-
scit. Sed nostrum Leonem de participationi aliquam
dispositione, seu lege ab ipsis lata pro recipiendis in
Ecclesiæ clericis ex heresi Pelagiana redemptoriis
agere, ejus phrasis et scribendi ratio præcipue pro-
dunt.

5. Nam quamvis ea de ipso S. pontificis acto nullæ
canonum sanctiones editæ fuerint, hanc nullam te-
mnu (si isthinc Leonis epistolam excipiamus) ejus-
modi clericis majoris promotionis specie proprie-
tatem admetit. Quare merito Quesnelli in cassum canonum
arbitrariuntur, cum eam legere ex octavo Nicenæ pri-
moulli canone deduci posse asseveravit. Nihil enim
in eo canonе offendit quod ad proprium hæc
irregularitatis yustum pertinet videtur, vel presen-
tem hanc controversiam possit diminare. Ibidem
equum soluimus sermo occurrui de hereticorum
Catharorum reconciliacione, in quo legitime esse
adhibendam sancta synodus determinat, ne horum cle-
rici e propriis gradibus degradici, atque inter laicos
stantes, laicorum communione donarentur, quemad-
modum cum aliarum heresum seculorum Ecclesia
facere conueniat. Si igitur præter id indulgentiae vel
lenitatis genus, nihil aliud continent et præseverat
ista verba: « De his qui se Catharos, id est paros no-
minant, si aliquando ad Catholicam et Apostolicam
Ecclesiam redierint, visum est sanctas et magna spredo
ut, accepta misericordia impositiope, sic in clero perme-
nent, nisi ut vocari atque idem erit non e proprio
gradu dejeti, et nulla prorsus ratione ad superiores
ordines uiginti promoveri posse. Postremum hoc
S. Leo in epistola de qua agimus determinat; ita ut
perpetui irregularitatis vinculo hos clericos in pre-
cedentis heresum poenam obsecros tollentur. Sed
Nicenæ 312 PP. dumtaxat Catharia indulgentias, et
in ordinibus pergiaverent decreverunt. Quæ duo
valde inter se diversa, si secundum reputassent Quesnelli,
nusquam tam libero Leonis verba octavo capitulo
Nicenæ generali synodi conseruare scripsisset. Nihil
projecto caput haberet quod Leonis hisce sanctiobus
respondet, nihil refert de perpetua in successo
ordine stabilitate; nihil denique de majoris promo-
tionis sublata spe, quæ omnia Leonis dispositionibus,
ad totius Ecclesie incolumentem, et laudabiliter
suggesta, et salubriter ordinata fuerant.

6. Ut tandem quænoti pontificis dispositiones innar-
tescant, ejus verba subjiciamus: Circa quos etiam
illam canonum constitutionem præcipuum custodiri, et
in magno beneficio habeantur, et, adempiat sibi omni ap-
promissione, in quo inveniuntur ordine stabilitate per-
petua maneat. Perpetram omnino deinde ratiocinatur
Quesnelli, asserens Leonis aucto soluam Nicenæ
octavum canonum exsistere pro recipiendis in suis
ordinibus clericis ex heresi ad Ecclesiam redeuntibus,
microne ad illam S. pontificem respergit. Ma-
loqui profecto bonaque omnigenam ecclesiasticas
disciplinas notitiam jactantem nimis dedecet. Elenca
que ea in questione a concilis et Patribus ante Leo-
nis pontificatum sancta fuere, veluti in uno corpore

nianum, tom. II Conc., pag. 4487 anno 318 exarata.

Nicæni secundi concilii Patres anno 787 congesse-
runt.

7. In priori quippe hujus synodi actione, cum de recipiendis hæreticis pœnitentibus ageretur, nihil prouersus inconsultis veteribus Ecclesiæ monumentis fuit stabilitum. Propterea Joannes presbyter et monachus, Antiochenæ sedis legatus, ut eam controvrsiam et medio tolleret, sacro conventu suggestit: *Multorum ore celebratum est (persancte pater) (Taraſium patriarcham præseruit alloquitur) quo pacto oporteat eos recipere qui ex hæresi revertuntur. Ob id, (ait idem Joannes) suadens ut sacra synodus libros sanctorum Patrum in præsentiarum afferri jubeat, quo cognoscamus et consideremus quenam in recipiendis certa ratio conservari debeat. Tum libros afferri jussum est (a).* Quorum lectionem minime ab octavo Nicæni concilii canone Constantinus, patriarchatus illius sedis notarius, sed a quinquagesimo tertio apostolorum orsus est, cuius antiquior interpretatio hæc est: *Si quis presbyter eum qui a peccato convertitur, non receperit, sed rejicit, deponitur. Siquidem Christum offendit, qui gaudium in cœlo super peccatorem resipiscensem oboritur dixit. Cum autem ejusmodi canon, ad omnium generantium pœnitentium hæreticorum indulgentiam extenderet, sive laici, sive clerici forent, a Tarasio statim fuit inquisitum: Est et alter canon ea de re? Tum Constantinus notarius octavum Nicæni primi concilii canonem mox recitavit. Sed nec hunc ad nuper exortam Agiomarchorum hæresim conferre Theodorus Catane, in Sicilia provincia episcopus, cum contendisset, ejusdem Tarasii jussu de aliis canonibus sciscitatum est. Quare idem notarius sacræ et œcumenicæ Ephesinae synodi canonem tertium legit: Si qui in qualibet civitate clericorum a Nestorio, quicunque illud dogma sequuntur, prohibiti sunt, ut minus recte senserint, hos, ut gradum proprium recuperent, justum censuimus. Post hæc adhuc suspensi hærebant Pares, num recipiendi esseut in sacrum ordinem qui ex hæresi revertuntur. Propterea Stephanus monachus de eo arguendo divi Basilii epistolas in manibus gestans, quæ in priori ad Amphilochium epistola de Encratitis scripseraf lecta fuere, tum alia ad Evasenos, et quæ magis ad rem nostram conserunt, epistole ad Occidentis episcopos excerptæ subjecerunt, in quibus de Eustathio Sebastiano edidit sermonem. Is etenim Arianam hæresim pluries prolapsus, et Hermogeni episcopo illum accusanti, et de perverso dogmate reprehidenti, sanioris fidei confessionem tradidit, atque ita manus impositionem ab eo nactus, postquam ille dormivit, deuenio ad Arianorum 313 partes defecit. Sed e Constantinopoli expulsus, et Sebastem reversus, defensionem attulit, et impianam suam callide celans sententiam, verbaque non iniqua, sed quæ recta sapere videbantur præterens, episcopatum facile consecutus est. Cujus quidem prævæ simulationis, cum plurima alia exempla occurserent, quæ recensere lectoris animum gravarent, idcirco dumtaxat rogamus qui fieri potuerit irregularitatis impedimentum de quo agimus octavo illo Nicæno canone fuisse definitum? Ap. Eustathii ordinatio diu post Nicænum concilium non contigit? illa quippe saltem in annum 376 rejici debet, qui a concilio Nicæno 51 est. Non igitur in octavo illo Nicæno canone actum est de majori promotione clericis ad Ecclesiæ redemptoribus deneganda; sed ea dumtaxat suæ sanctitæ quæ ad eorum receptionem et reconciliationis modum, per manuum impositionem servandum, pertinere videbantur.*

8. Huic pariter ecclesiastice disciplinae concinu et illa definitio contra impios Messalianos, seu Euclitias, in tertia œcumenicæ synodo habita, quam in secundo eodem Nicæno concilio Stephanus diaconus recitavit, cuius postrema verba nostris hisce elucubrationibus majus robur adiiciunt: *Placuit omnibus*

A nobis... quod si autem aliquis illud ipsum dogma fuerit execratus, si quidem clericus existiterit, in ea ordinatione permaneat; si vero laicus, in Ecclesiæ communionem recipiat. Quia in re illud maxime est animadvertendum laudati tertii œcumenicæ concilii Patres servare voluisse, quæ in Alexandrina synodo anno 362 definita fuere, cum de episopis apostatis recipiendis sub S. Libero papa agebatur.

9. Ilæc omnia quidem in medium adducta cum latissime præseferunt canonican Ecclesiæ proxim ante Leonis ævum servatam in hæreticis recipiendis. Sed ubiora adhuc monumenta nobis eadem septima œcumonica synodus suppetit, cum ex divi Cyrilii et Athanasii Operibus deprompta, tum in Ecclesiasticis Rufini Aquileiensis et Socratis Historiis reperta, quæ mire rem nostram, et Quesnellum ipsum in his expendeudis allucinatione laborasse, evidenti ratione manifestant. Interim autem cum ex tot tantorumque testimoniiorum serie habeamus duas illas inter se se maxime differre quæstiones, videlicet: An hæretici ad Ecclesiæ redeuntes in suis ordinibus, quin ex auctorati dejicerentur, essent recipiendi; et an, lenitate obtenta, in suspectis ordinibus permanentes impedimento perpetuo essent irretiti ne ad superiores ordines possent ascendere; jam Leonis scopus, jussio atque decretum prodita sunt, quibus hand dubie, si Januarius non obtemperavisset, sancti pontificis animum vehementer commovisset, ad aliquam ei ecclesiasticam pœnam inurendam, quemadmodum postrema illius epistole verba produxit. *Non autem dubitet (sit) dilectio tua, nos, si, quod non arbitramur, neglecta fuerint quæ pro custodia canonum et fidei integritye decernimus, vehementius commovendos, quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referenda sunt, quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sepe nutriti pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam.*

10. Extra jocum autem ad hæc advertat annotator Quesnelius, secundumque reputet, an quilibet episcopus in his quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem pertinent, gravissimis huiusmodi verbis, auctoritatis atque jurisdictionis vigore plenis, alias totius Christiani orbis episcopos consueverit compellare, quemadmodum ipse nimis licenter asserrere ausus est. Possunt utique aliquippe Ecclesiæ episcopi scribere, suggerere, parere, inquirere ea omnia quæ totius Ecclesiæ utilitati prodesse possunt. Aliquod autem definire atque statuere in ipsius Christianæ reipublicæ commune bonum, solis Romanis pontificibus extra generales syndicos divinitus dūmataxat concessum est, ut in hac exterrisque nostris dissertationibus comprobatum est.

314 11. De Januarii autem gestis nihil profecto sciimus; sed opera pretium est arbitrari omnia Leonis mandata atque decreta ita circumspecte et velociiter fuisse ab eodem executioni demandata, ut nefaria illa Pelagianorum soboles, quæ in ihius provincie clericis potissimum grassabatur, pene deleta, et ad exitum fuerit perducta. Nullum enim post hanc (quod sciamus) Leonem inter ei Januarium epistolam intercessi commercium. Temporum quoque injuria Januarii ad Leonem relatio intercidit, atque apud suppare scriptores de rebus ibidem getis, tam alium servatur silentium, ut nulla gestorum mentio habeatur. Existat denique tamen alia S. Leonis epistola ad Nicetam Aquileiensem Januaril successorem, anno 458 scripta (b), quo quidem tempore nullas prorsus Pelagianæ soboles ea in provincia exstisæ reliquias, eonimode et rationabiliter ducti ratione conjectare possumus. In ea enim noster pontifex apostolicus sedis auctoritate septem sibi propositis consultationibus occurrit, atque Niceta Aquileiensi præscribit quidve iis maxime afflictis temporibus medicinæ adhiberi oportet, ut vulnera quæ hostilitatis adversitate religioni ihata erant, sanarentur. Has

(a) Tom. VIII Concil. pag. 1325.

(b) Epist. 429 ad Nicetam Aquileiensem.

autem consultationes, cum ad Pelagianorum mores, dogmata et historiam minime pertineant, ne extra scenam canere videamus, in praesentia prætermittimus, sermonem tamen de iisdem habituri, cum ecclæsiasticam illius ævi disciplinam nostris animadversionibus adorabimus.

12. Potius interim nos gratulari oportet tam divinum S. Leonis Magni studium in Pelagianis evertendis, horumque errores abolendos, optatum finem obtinuisse. De qua re, ut certiores essemus, nisi sumus omnia antiquitatis monumenta percurgere; enim videlicet, qui quinto et sexto Ecclesiæ sæculo floruerunt, nec alicubi de Pelagiana hæresi, velut tum gliscente, mentionem fieri offendimus. Hanc autem nostram conjecturam confirmat, nostramque simul gratulationem adauget, epistola prima Joannis papæ IV ad episcopos et presbyteros Scotiæ directa, quam refert etiam Beda lib. II Historiæ Anglorum cap. 49. In ea enim summus pontifex cum Rom. clero duas discutit quæstiones, quas ei Scotorum clerici proposuerat: altera de Paschate, altera de Pelagianis eo in regno reviviscentibus. De his namque ita Rom. pontifex Joannes IV scribit: *Exposita autem ratione Paschalis observantia, ita de Pelagianis in eadem epistola subdant; et hoc quoque cognovimus, quod virus Pelagianæ hæreses apud vos denuo reviviscait, quod omnino hortamur, ut a vestris mentibus hujusmodi venenatum superstitionis facinus auferatur. Nam qualiter ipsa quoque execranda hæresis damnata est, luctare vos non debet, quia non solum per istos ducentos annos abolita, sed et quotidie a nobis perpetuo anathemate sepulta* (a). His autem verbis si quis insisteret

(a) Exstat tom. VI Concil. pag. 1509.

A voluerit, nostram conjecturam robur accipere hæc inficiabitur. Nam Joannes papa IV, septimo Ecclesiæ currente sæculo, anno videlicet sexcentesimo quadragesimo, supremum catholicæ societatis clavum obtinuit, Severino summo pontifice jam vita functo. A quo anno si bis centum annos subducamus, quemadmodum Joannis papæ testimonium præsefert, jam superest quadringentesimus quadragesimus Christi annus, in quo S. Leo Magnus Romana Ecclesiæ pontifex renuntiatus est, ut ex Romanorum pontificum tabulis intelligitur. Eo autem anno, sexcentesimo nimirum quadragesimo, Joannem papam IV ad Scotorum quæsita respondisse, sine ulla prorsus animi hæsitatione affirmandum est. Nam quamvis laudata epistola temporaria caret nota, tale tamen præsefert exordium, ut inde conjiciamus quod, vix assumpto ad Romanum pontificatum Joanne, Scotorum votis S. P. annuere voluerit, qui jam ad Severinum prædecessorem suas consultationes et quæsita direxerant, quorum perlatores Urbem non attigerunt, nisi 315 post ejusdem Severini interitum. Id plene produnt ea verba quibus Joannes suam epistolam orsus est: *Scripta quæ perlatores ad san. mem. Severinum papam adduxerunt, eo de hac luce migrante, reciproca responsa ad ea quæ postulata fuerant...* Jam vero tandem has similesque alias conjecturas præmittentes, manum de præsentí tabula tollere deliberamus, alia quamplurima majoris momenti in sequentibus præstaturi, cum tandem pro nostrarum Exercitationum coronide, de Eutychius rebus verba sustinendi consilium habeamus.

DE EUTYCHIANA HERESI ET HISTORIA LIBRI DUO.

LIBER PRIMUS.

316 PROLOQUIUM.

Sanctus Leo Magnus strenuus catholicæ fidei propagator, jugulatis iam Priscillianistis, clandestinis, ut ait etiam Quesnellus, Manichaorum motibus peremptis, et reportato tandem de Pelagianismo per Italias provincias gliscente singulari triumpho, ad majora progreedi cogit, fortius feliciterque pugnaturus contra Eutychianos, qui, tamquam novi recentesque hostes ex Oriente prodeuentes, Christi Domini incarnationem oppugnabant. Hæc autem hæresis, qua ab uno monacho Constantinopolitanu[m] monasterii archimandrita, Eutychi appellato, exordia et nomen accepit, ita trium annorum spatio S. pontificis apudum occupavit, ut omnem operem et laborem ad eam funditus delendam impendere debuerit; tum etiam gravissima studia adhibere ad reparanda episcoporum et Ecclesiarum jura a factiosis viris summa injuria violata et abolita. Nequidquam recenseam de ejusdem gravi prudentia qua usus est ad eludenda arbitria et eorum libidinem qui sacrorum canonum regulis contemptis, sæculi dumtaxat potestate, nutu et imperio, violenter sacros orthodoxosque pastores et suis sedibus exturbarunt, vel variis peccatarum generibus exagitarunt. In quibus muneribus fungendis, quemadmodum animi ejus fortitudo, sapientia summaque prudentia coruscant, ita eminent supra illa et universa potestas Romanis pontificibus divinjus

C concessa, pro omnium fidei et Ecclesiarum negotiis cognoscendis et iudicandis. A qua quidem speciali prærogativa et privilegio cum hæreticos aliquosque invidos homines non tantum semper abhorruisse nota lateat, verum etiam illam oppugnare et ad exitium perducere nisos suisse intelligamus, ea videlicet ratione duci, ut aliorum episcoporum jura ultra debitos limites extendant; magisque synodorum auctoritatem pro arbitrio prolatent, sensim apostolice sedis dignitatem potestateque angustis limitibus restringentes; tamen incassum eos laborare conspicimus, si jam, præjudicatis vulgi opinionibus sepositis, rorum omnium veritatem, cum ex conciliorum gestis, tum ex S. pontificis scriptis quæ supersunt dumtaxat baurire deliberabimus. Nec enim nostrum sermonem ab his rebus absinere duximus, quod Paschasius Quesnellus vitam et res a S. Leone gestas cumulatissime descriperit, et fateatur: *Pontificis dignitati majori quam quisque alias reverentia advoivos ego.* Subdole id enim affirmavit. Nam nihil eorum prætermisit quæ judiciorum 317 novitates in Ecclesia deferrent, veteremque formam et sacra hierarchiae rationem in Scripturis laudatam depellerent. Cujus quidem Quesnelliæ artis exempla infinita propemodum et in isto meæ concertationis vestibulo subjicere possem, si importune lectoribus negotium facessere non vererer. Potissimum cum, præter bonoris primatum, nihil prorsus eidem adjudicet, assi-